

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-705901-p0002-0

Ea. 56.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-705901-p0003-5

C

Diese Ausg. ist
ofl Ce 569 8°
g

ALCIPHRONIS

RHETORIS

EPISTOLAE

EX FIDE ALIQVOT CODICVM
RECENSITAE

DOM-
GYMNASIUM
ZU
MERSEBURG

CVM

STEPHANI BERGLERI

COMMENTARIO INTEGRO,

CVI ALIORVM CRITICORVM ET SVAS NOTATIONES,
VERSIONEM EMENDATAM INDICVLVMQVE

ADIECIT

IOANNES AVGVSTINVS WAGNER

CONRECT. GYMNASII MERSEB.

Tomus II.

LIPSIAE

SVMTIBVS OFFICINAE LIBRARIAE MVELLERIANAE

MDCCLXXXXVIII.

1798

L 193,

PRAEFATIO.

Liberaturus, quam nuper dedi fidem, de Alciphronis aetate, pretio, editionibus, verſionibus etc. paucis exponam.

Alii quidem apud priſcos memorantur Alciphrones, [1]) qui tamen omnes discernendi ſunt a noſtro, de cuius ſeriori aetate non eſt, quod dubitemus. Ex eo enim, quod in epiſtolis quibusdam ad tempora fere Macedonica reſpexiſſe videatur, ipſe Berglerus ad finem praefationis, eiusdem aetatis Alciphronem

1) apud Thucydidem Lib. V. c. 39. M. Antoninum περὶ ἑαυτοῦ p. 229. ed. Woll. Athenaeum Lib. I. c. 24. Caſaub. p. 31. Etymologum M. v. ἀσελγαίνειν, quae vox quum apud Noſtrum non occurrat, alium, quae ſententia eſt Fabricii in Bibl. Gr. in mente habuit Etymol. Alciphronem, vel, quod ego malim, ex nunc deperdita Noſtri epiſtola ſumſiſſe putandus eſt.

fuisse, fatetur colligi non posse. Non maioris momenti videtur esse, quam ibi addit, coniectura, Alcinum fortasse a Laertio Lib. II. Segm. 114. in Stilpone laudatum ab Alciphrone diuersum non fuisse. Haud magis probabilis est sententia Io. Conr. Schwarzii, qui Monimentor. ingenii huius et superioris memoriae T. I. p. 14. aequalem Paullo Apostolo Alciphronem facit. Nec audiendus Maturin. Veiss. la Croze, qui teste, et, quod miror, laudatore Io. Christoph. Wolfio in Thesauro Epp. la Croziano T. II. p. 85. ad quartum vel quintum a. C. n. seculum detrudit Nostrum, quod quomodo efficere potuerit ex ἐν Καππαδοκίας πρῶτος τὴν Ἑλλάδα ἤκων (Lib. II. Ep. 2. p. 217.) eius argumenti, vt verbis vtar Christoph. Saxii in Onomast. literario L. B. 1775. T. I. p. 384. profecto vim non intelligo.

Ad veritatem proxime accedere, immo vnice vera esse videtur eiusdem et doctrina et aetate venerabilis Saxii sententia ibidem proposita, qua locum Alciphroni Lucianum inter et Aristaenetum adsignat, illum quippe auctorem, hunc imitatorem dictionis Alciphroneae. Qua quidem sententia refellitur eorum opinio, qui Alciphronem aetate praecessisse Lucianum,

hunc autem illius nonnulla sua feciſſe crediderunt, in quibus praeter Berglerum, qui tamen ſibi non conſtat, [2]) Io. Frid. Reizium in Praef. ad Lucianum p. 59. Bipont. et auctorem Animaduerſionum in Teium vatem (Anmerk. über den Anakreon Leipz. 1770.) p. 87. nominaſſe ſufficiat. Ego vero, quamquam, qui edendum ſibi ſumant auctorem, non ignoro eumdem quocumque modo niſi ornare, ab omni ſaltem labe defendere ſolere, numquam tamen, fateor, impetrare a me potui, vt Lucianum crederem, hominem ingenioſiſſimum, opus habuiſſe, vt, quae domi abunde haberet, peteret aliunde, in quo mecum conſentientem non ſine voluptate animaduerti Wielandium in verſione Luciani theotiſca T. I. p. 105.

2) nam qui Lucianum iuniorem fecerat III, 10. p. 43. III, 36. p. 116. (vbi tamen laudari meretur alia obſervatio, Alciphronem magis Menandrum, Lucianum magis Ariſtophanem expreſſiſſe, quam quidem obſervationem calculo ſuo comprobauit Boettiger in Spec. nouae edit. Terent. p. 63.) inprimis III, 55. p. 166. aliis tamen locis partim vacillat III, 40. p. 126. partim Alciphronis imitatorem pronuntiat Lucianum I, 17. p. 94. et Ep. 20. p. 108.

Etiamsi vero, quae ad constituendam exacte Alciphronis aetatem facere possint, neque ipse subministrat, neque ex testimoniis aliorum confici potest, et intra solius probabilitatis fines consistendum est, iunioris tamen omnino aetatis hominem fuisse, plura sunt, quae credere non tam suadeant, quam iubeant. Et primo quidem ex aurea, vt ita dicam, antiquioris Graeciae aetate, quae ad naturam omnia solebat componere, vix credendum est, eo se aliquem demisisse, vt epistolarum tam variae conditionis hominum componeret farraginem. Confabulantes, canentes prisca aetas inducit agricolas atque pastores, quod vitae horum hominum conueniens est, literarum commercium non item. Serior demum aetatis coepit argutari, nouasque vias excogitare, quibus ingenii vires ostentaret.

Nouum praeterea hominem produnt ficta et eorum, qui scribunt, et ad quos scribitur nomina, maxime vero inferioris Graecitatis vocabula, vel prorsus inaudita veteribus, vel nouo sensu adhibita. Huc referenda, vt alia nunc taceam, quae bis apud Nostrum (I, 10. et III, 8.) occurrit Εὐποιΐα — it. Εὐφημία, pro *laudatione* (I, 39.) qua significatione sui

temporis consuetudinem secutus non minus Alciphron est, quam epistolarum, quae sub Phalaridis nomine circumferuntur, auctor, ad quem vide (Ep. V. p. 28.) Lennepium. — Ἐπιστύφειν (I, 3.) notione *coercendi*, quam ipse Berglerus, nam H. Stephanus ignorat, non nisi Clementis Alexandrini auctoritate munire potuit. — Προσανέχειν, *deditum, intentum esse*, quam vocem apud antiquiores non meminit legere Graece doctissimus Matthaei ad Syntipae fabulas p. 50.

Fuit igitur Alciphron non Atticus, sed Atticista, quo nomine eum commemorat Eustathius p. 762. ed. Basil. [3]) Isti homines ideo laudandi, quod egregios illos vere Atticos diurna impigre nocturnaque manu versarent, quo nimirum factum est, vt bene Graeca singula vocabula, dicendi formulas, sententiasque haberent in promtu, si quid literis mandare instituerent, sed plerumque in rebus leuibus, fictisque adeo elaborarent, variaque ἐπιδείξεων genera comminiscerentur,

3) Aliquoties laudat Nostrum Thessalonicensis Archiepiscopus: p. 229 A. πατελλοχάρων (ad Alciphr. III, 54.) — ἐνεργεῖν, pro *subigere feminam* p. 762 C. (Alciphr. III, 55.) — ἀποσκλῆναι κινδυνεύω λιμῷ p. 1295. B. (Alc. III, 4.) p. 1508.

quae lucernam tamen nimis olerent, et in quibus, qua sibi maxime placerent, arte nimis quaesita, eadem peritioribus, veterumque Graecorum lectioni adsuetis nisi taedium crearent, risum saltem mouerent. Quantum vero plurima pars eorum distat a veteribus illis, qui naturam vbique ducem sequebantur, quorum sub manibus laetissime omnia efflorescebant, quibus et Gratiae et Musae et Veneres omnes adfuisse cogitantibus scribentibusque videntur. Sed vti res humanae omnes, ita etiam sua habent tempora linguae, nec inepte mulierculis comparare easdem possis, quae si semel iuuenilem vigorem, natiuumque et viuidum colorem exsuerint, nullo deinde pigmento, nullo vel exquisitissimo cultu reuocare eosdem possint.

Quid vero, dicat aliquis, caussae fuit, quod hunc talem scriptorem, in quo elaborares, tibi sumeres? Nonne praestantiores superstant plures, quibus nitor suus restituendus sit? Audio. Sed quum horum plerique nonnisi ope Codicum manu scriptorum, vel coniecturali, quam vocant, critica, ingeniique felicitate, quod, quam exiguum mihi contigerit, ipse sentio, sanari possint, eum mihi elegi, qui non admodum multis difficultatibus premeretur, cuique haud plane

imparem me fore opinarer. Nec seriores Graeci vno omnes loco habendi. Multi quidem sunt putidi, merique centonum consarcinatores, quibus nec inueniendi felicitas, nec dictionis gratia atque venustas tribui possit: in his tamen Alciphronem meum haberi nolim, quidquid Io. Iortinus dicat contra, et sacrae et profanae criseos alias peritissimus. Cui si credas, 4) Alciphron nimis breuis est et ieiunus, non indignus ille quidem, quem inter reliquos legas Graecos, qui tamen nihil habeat, quod adlicere lectorem atque retinere possit. Miratur deinde, qui fieri potuerit, vt Berglerus, aliique epistolas tam tenuis argumenti, tamque friuolas laudare atque commendare sustinuerint. — Alciphronem, sic pergit, Rhetorem quippe, in vsum discipulorum, vt pure atque promte et loqui et scribere Graece discerent, composuisse epistolas, sed ita composuisse, vt femellae glebae et piscationi adscriptae, eamdem quam Demosthenes Lysiasue prae se ferant elocutionis elegantiam. — — At primo Rhetoris nomen, quod Alciphroni in Codicibus tribuitur, fefellisse videtur Iortinum. Latius autem istud nomen, vti Sophistarum, ea aetate patebat, nec eum solum, qui alios artem dicendi scribendique doceret,

4) v. Iortin Tracts Vol. II. p. 45.

denotabat, sed qui solius ingenii animique caussa componeret, quo lectores delectare posse sibi videretur. Quod si vero etiam epistolas scribendi arte imbuere discipulos voluerit, veri tamen simile non est, intra tam pauca, eaque viliora rusticanorum atque piscatorum vitae genera continere eum sese vel, quod maius est, vtriusque sexus iuuentutem offendere voluisse eo, quod non admodum honestum vel parasiticum vel meretricium quaestum facturam eam aliquando esse suspicaretur. — Elegantiam porro Demostheneam atque Lysiacam in his epistolis haud facile quisquam inuenerit, quamquam pure et ad vitae suae conditionem adcommodate scribunt omnes. Quod vero ieiuni frivolique nomine Alciphronem meum ornet Iortinus, in eo nimis fastidiosus fuisse videtur.

Alia omnia alii iudicarunt, iique profecto non contemnendi iudices. Vt enim taceam Schoenheyderum, qui, quum de Hereliana olim versione iudicem ageret, [5]) eaque occasione data de epistolographis Graecis sententiam expromeret, Alciphronem reliquis fere omnibus praeferre non dubitauit, Herelius ipse tum in praefatione ad librum II. et III. versionis

5) v. Bibl. d. schönen Wissensch. Th. V. S. 301.

theotiſcae, tum in Actis Klotzianis T. III. p. 94. et ſuo et meo amaſio iuſtum pretium ſtatuit. Medebachius porro Wakkerus in Amoenitatt. literar. p. 21. puriſſimum et Atticarum Venerum ſtudioſiſſimum eumdem pronuntiat, qui ſe lepore et feſtiuitate ſaepe tenuerit. Nec exiguam laudem tribuit Alciphroni Herderus eo, quod eum cum Gerſtenbergio noſtro comparet. [6]) Haud minus honorificam eius mentionem fecit Wielandus, qui quum Bronneri carmina piſcatoribus adficta cum epiſtolis Noſtri comparaſſet, ob natiuam ſimplicitatem puram eas ſuauitatem ait habere. [7]) Nec mentem mutaſſe putandus eſt vir praeſtantiſſimus, qui nuper in Attico Muſeo nonnullas Alciphronis epiſtolas in linguam vernaculam conuerſas dare velle promiſerit. — Agmen claudat epiſtolarum Alciphronis in Anglicam linguam translatarum Cenſor (A. L. Z. 1793. n. 269. p. 629.) cuius iudicium, veriſſimum quippe, exſcribere operae pretium ſit. „In epiſtolis, ait, Alciphronis numerus nobis „ſe offert *carminum mimicorum*, quibus cogitandi vi„vendique ratio variorum hominum, prout quisque

6) Fragmente üb. die neue Deutſche Literatur, zweyte Samml. S. 360.

7) v. Deutſcher Merkur 1787. S. 19.

„hoc vel illud vitae genus amplexus est, multiplici-
„bus, quae in eorum arte vitaque obueniunt, occa-
„sionibus adcommodate, laetis coloribus suauiterque
„depingitur. Quam sententiam si sequamur, icun-
„culae istae ad viuum expressae, et eorum, quae istius-
„modi homines agere solent, adumbrationes non va-
„rietate tantum nouitateque lectorem suauiter adfi-
„ciunt, sed sensum adeo pulcri delectant, et, si
„leuioris momenti esse, nec adeo magnam vim habere
„ad detinendum lectorem habere videantur, hoc idem
„tamen ipsis cum aliis artis operibus v. c. carmine bu-
„colico commune est, nec ideo ingenio laudique
„auctoris detrahere fas sit. Vti enim imaguncula mi-
„nuta eamdem, quam tabula amplior ad oculos vim
„habere non potest, ita, vt mimicum poemation
„aeque ac epicum carmen lectorem abripiat, postulare
„iniquum sit. Aliquando tamen in eo peccasse videtur
„Alciphron, quod, quae dialogo aliique scribendi
„formae aptiora essent, epistolis proponeret, perso-
„naeque, cuius nomine scribit, oblitus, rhetoricis
„subinde conuersionibus vtatur, sententiasque crebrius
„iusto inculcet.“

Idem fere sentit alius in iisdem Ephemeridibus (huius, quem viuimus, anni n. 105.) eruditus Censor,

qui et hoc nomine magni aestimandum putat Alciphronem, quod plures ex deperditis veterum Comoediis imagunculas vitae morumque eorum hominum, quos in scenam producere solebant Comici veteres, nobis seruauerit. Vtinam vero, quod doctiss. Eichstaedt in libello elegantissimo de Dramate Graecorum Comico-Satyrico statim ab initio optat, vt Comicae poeseos reliquias hinc inde dispersas eruditus aliquis colligat atque digerat, vtinam, inquam, vel Eichstadius ipse, vel Cel. Boettigerus, vel Zedelius Oldenburgensis ad effectum adducerent!

Quatuor autem hominum generibus Alciphron sese continuit, piscatorum, agricolarum, meretricularum, parasitorum, ita tamen, vt non vno tenore se excipiant ad quodque genus pertinentes epistolae, sed saepius misceantur. In quo quamquam, quae ex variatione exsistit, delectationem spectasse epistolographus noster existimandus est, parum tamen abfuit, quin singulas classes seorsim ponerem, inprimis vero agerem hoc, vt amatorias ab Ep. XXVII. libri primi vsque ad quartam libri secundi vno libro comprehenderem epistolas. Nolui tamen semel receptum ordinem turbare, et si quis singulas vno obtutu perspicere cupiat

classes, is velim adeat Bergleri praefationem, cuius infra excerpta dedi.

CODICVM MSTORVM ELENCHVS.

1) Bibl. Augustae Vindobonensis, inter Philologos n. 318.

2) eiusdem Bibl. inter Philologos. n. 342.
(de his vide Praef. Tomo I. praefixam p. VI.)

3. 4) Parisienses duo, bibliothecae olim regiae, quorum lectiones ante plures annos exscripserat, qui nuper viuere desiit, Ruhnkenius praestantissimus. Vnus praefert numerum 3050. v. Fabricii Bibl. Gr. ed. Harles. T. I. p. 666. alterius numerum equidem ignoro. Quae Ruhnkenius vel in scriptis suis ex his Codd. promsit ipse, vel cum amicis communicauit, ea in vsum conuerti omnia. Spem adeo, quod nuper demum comperi, fecerat fautori meo, amico suo Fr. Aug. Wolfio, istas lectiones mittendi, mittere tamen oblitus est, vel ingraescente senectute, vel Batauorum suorum calamitatibus angustiisque praepeditus.

5) Vaticanus, qui Vrbinas etiam vocatur, numero 110. notatus, cuius apographum Berglero

miserat Perizonius. An alii duo, qui fuerunt olim

6. 7) in bibliotheca *Heidelbergensi*, v. Sylburgii Catal. Mstorum Bibl. Palatinae p. 48. et 105., in Vaticanam peruenerint, non habeo dicere, quum non omnes, quos Sylburgius ibi enumerat, Romam migrasse constet. Collationem horum Codd. a Neueleto factam habuit Hemsterhuisius, quem vide ad Luciani Timonem T. I. Bip. p. 372.

8) Barberinianus. n. 425. continet Libri III. Epp. 1 — 8. cuius indicem quum inuenissem in Harlesii Introd. P. I. Proleg. p. 61. amiciss. Weigelius mea caussa propius inspexit.

9) Bigotianus. Easdem, quas Barberin. nec plures, nec pauciores habuit, et iam olim Lud. Kuesterus transmiserat Berglero, quem v. in praefatione.

10) Lambecius easdem octo epistolas ex Codice quodam sibi exscripserat, teste Berglero in dedic. ad Gentilottum.

11) Florentinus. bibl. Mediceae Laurent. Plut. 59. No. 7. membran. Saec. XIV. satis nitide pagg. 110. scriptus, sed pluribus lacunis deformatus, inter alias aliorum epistolas habet Alci-

phronis piscatorias et amatorias 51. quarum Geneuensis dedit 44. Septem reliquae hae sunt: N. 11. Γλαυκίπη Χαρόπῃ Οὐκετ' εἰμί κ. τ. λ. (est Bergleri Lib III. Ep. 1.) manca tamen in Codice, definit enim in voce ἐνορχεῖσθαι. — N. 21. Κράτης Μνασοῖ. Non Alciphronis, sed Cratetis est. — N 22. *** Αυτίᾳ Ἄλλ' ἤκουσά σε etc. v. infra Fragm. 1. — N. 27. Παυλάχανος Μονογναθείῳ. v. infra Fragm. 2. — N. 33. Δρυάντιδας Χρονίῳ (est Bergleri Lib. III. Ep. 11.) cuius tamen pauca tantum seruauit Cod. Florentinus, vsque ad verbum ἀπεχθομένη Sequitur tum lacuna aliquot versiculorum, deinde vero pergitur: μὴ δείσῃς, ἐξείργασαι γὰρ etc. quod Fragmentum infra dedi n. 3. — N. 44. Λέαινα Φιλοδήμῳ. v. infra Fragm. 4. — Denique n. 51. Αἱ ἐν Κορίνθῳ ἑταίραι ταῖς ἐν ἄστει χαίρειν. etc. v. infra Fragm. 5. Consulas omnino de hoc Codice Ang. Mar. Bandini Catalogum Codd. Mstor. bibl. Mediceae Laurentianae Tomo 2. p. 492.

12) Nanianus, Venetiis. v. Graeci Codices manuscripti apud Nanios Patricios Venetos adseruati per Io. Aloys. Mingarelli Bonon. 1784. 8.

Admodum recens Codex. v. Ephemer. literar. Goetting. 1785. Scida 162. p. 1626.

13) Voſſianus (Iſaaci) laudatur ab ipſo Berglero ex Spanhemio de vſu et praeſtantia numiſm. T. I. p. 316.

14) Doruilianus. Integrum habuit Doruillus, in Graece doctiſſimis huius ſaeculi habendus, vide Commentar. ad Charitonem ed. Lipſ. p. 413. et alibi. Heredem eius, qui ſedem fixit in Anglia, adire non licuit.

15) Valkenarii, (Iacobi) qui patruus fuit Lud. Caſparis. Vide huius Animadu. ad Ammonium p. 78. 135. 179. 231. Nec huius adipiſcendi copia data eſt. Denique in

16) Schotti (Andreae) bibliotheca Alciphronis etiam epiſtolas halieuticas libris II. adfuiſſe, memini alicubi legere. Teſtem in aduerſariis meis adſcriptum inuenio Sweertium, cuius tamen in reculis meis nihil eſt.

EDITIONES et VERSIONES.

Quam noſtra aetas ſua cum laude inuexit enumerandi auctorum editiones conſuetudinem, eam et ego ſeruare eo lubentius volui, quod paucis defungi

possem. Non nisi quater typis exscriptus est Alciphron, bis aliis epistolographis iunctus, bis seorsim.

1) Aldina, cuius index: Ἐπιστολαὶ διαφόρων φιλοσόφων, ῥητόρων, σοφιστῶν, ἐξ πρὸς τοῖς εἴκοσι. Venet. ap. Aldum mense Martio MID. 4. Dedicata est Antonio Codro Vrceo, et in fine sectionis primae Marcus Musurus ita: Ἐν μέν τοι τοῖς Ἀλκίφρονος ἔστιν οὗ τὰ τῆς ἐννοίας διημαρτῆσθαι, μηδὲν ἡμῶν παρὰ τὰ ἐν ἀντιγράφοις ἀνηκέστως οὕτω διεφθαρμένοις ῥιψοκινδύνως καινοτομεῖν τολμησάντων.

2) Geneuensis, hoc titulo: Epistolae Graecanicae mutuae antiquorum Rhetorum etc. Gr. c. versione Lat. Aurel. Allobr. 1606. Fol. Pyrrhus Caldoraeus in praefatione ad Barthol. Camelinum, Foroiulienſem Dominum, Romana ciuitate donasse epistolas Graecas Cuiacium narrat, de quo tamen haud immerito dubitant, qui summum illum sua aetate et iuris prudentiae elegantioris coryphaeum, et priscarum linguarum, sine quibus illa obtineri non potest, callentissimum propius norunt.

3) Bergleriana. Ἀλκίφρονος ῥήτορος ἐπιστολαί. Alciphronis Rhetoris Epistolae, quarum maior

pars nunc primum editur. Recenſuit, emendauit, verſione ac notis illuſtrauit Stephanus Berglerus. Lipſiae apud Thom. Fritſchium 1715. 8. Iudicium de hac editione tulerunt Acta Erudit. Lipſienſia 1715. p. 218–222. cuius iudicii auctor fuit Fr. Menzius. Poſt hunc Io. Henr. Maius ſpeciminis cauſſa in *Hiſt. critique de la Rep. des lettres* T. XI. p. 141. ſſ. edidit Emendationes in Alciphronis epiſtolarum librum primum, vbi aliquando etiam diſſenſit a Berglero. Nonnulla etiam reprehenſa inuenies in *Theſauro epiſt. la Croziano* T. II. p. 83. et 85. Euolui etiam Clericum in *Bibl. ancienne et moderne* T. III. P. 2. p. 378. et *Memoires de Trevoux* 1715. p. 2404. 1716. p. 103. in quibus tamen nihil ad criſin.

4) Vltraiectina. Alciphronis Rhetoris Epiſtolae, Graece et Latine ad editionem St. Bergleri accuratiſſime expreſſae. Trai. ad Rhenum ap. B. Wild et I. Altheer. MDCCXCI. pagg. 180. 8 min. Ne praefationem quidem Bergleri habet, ceterum accurationis, quam prae ſe fert, laudem tuetur. (XVI. groſſis venditur.)

Singulis epiſtolas Chreſtomathiis, quas vocant, inſertas inueni v. c, Libri I. Ep. 14. 15. 16. in *Delectis*

Epistolis a Ioach. Camerario Tubing. 1540. 8. editis, et Libri I. Ep. 4. et 12. quas in *Beyspielsammlung zur Theorie und Literatur der schönen Wissenschaften. Achten Bandes erster Abtheilung* S. 19—21. typis exprimi iussit Cel. Eschenburg, quem tamen fefellisse memoria videtur, quod Alciphroni 72. tantum epistolas tribuat.

Versiones Alciphronis, quae mihi innotuerunt, hae sunt:

1) *Latinae.* Quae in Geneuensi latus tegit textus Graeci, cuius sit, ignoratur, Cuiacio saltem indigna est. Aliam prelo paratam reliquerat Kimedoncius, cuius praemature mortui laudes praedicat Ian. Gruterus praef. ad notas eius in Theophilum Simocattam.

2) *Franco-Gallicae.* Nuperi editores Bibl. Gr. Fabricianae T. I. p. 675. laudant: *Nouveau Recueil de lettres politiques, morales et amoureuses, tirées de l'antiquité.* 8. s. a. Ego vero in supellectili mea libraria seruo: *Lettres politiques, morales et amoureuses de* Marcassus, *revues, corrigées et augmentées d'un tiers par l'auteur.* Nouvelle edition *à Paris chez* Dav. Chambellan. 1638. 8. Prior editio quando prodierit, dicere non possum, ex prae-

fatione tamen didici, illam in Bibl. Fabric. laudatam lucri cupido fraudulentoque alicui bibliopolae deberi. Ceterum liberior iusto interpres est Marcassus. — b) *Lettres d'Aristénete, auxquelles* on a *ajouté les lettres* choisies d'Alciphron, *traduites du Grec. à Londres aux depens de la compagnie* MDCCXXXIX. 12.

3) *Anglicae.* a) *Alciphron's Epistles, in which are described the domestic Manners, the Courtesans and Parasites of Greece. Now first translated from the Greek. London. Robinsons.* 1791. 8. Duo Angli (Thomas Manro et Guil. Beloe) sociato labore in hac versione elaborarunt, v. Bruggemann Lud. Guil., a View of the English editions, translations and illustrations of the ancient Greek and Latin anthors. Stettin 1797. p. 391. Ephemer. literar. Lipsi. 1792. Additam. 13. p. 119. et Ienenses 1793. n. 269 p. 620. — b) Epistolam Lamiae ad Demetrium (Lib. II. Ep. 1.) seorsim conuersam edidit Anonymus quidam Oxon. ap. Robinson 1793. v. Brüggemann l. l.

4) *Theotisca*, eaque politissima Io. Fr. Herelii. Altenb. 1767. 8.

Quam ipse adieci versionem Latinam, si per me stetisset, fateor, omisissem, sed obtemperandum fuit non officinae tantum librariae, sed amicis etiam quibusdam, quorum apud me multum valet auctoritas. Suppleui igitur, quae subinde omissa viderem, emendaui, quae priores interpretes haud recte vel intellexisse, vel extulisse viderentur, ita tamen, vt, quae melius efferre non possem, intacta relinquerem omnia. — Fragmenta dedi, quotquot indagare potui. Indiculus denique breuitate saltem sese, spero, commendabit.

Quod nuper ephemeridibus literariis Erfurtensibus de Volumine primo inseruit iudicium Cel. Herelius, quamquam a tali viro laudari haud exigua laus est, tamen nimis honorificum fortasse existimabunt multi, in quibus et ipse, tenuitatis mihi meae probe conscius, nomen profiteor. Solam *modestiae* laudem mihi vindicauerim, quam si ab aliis etiam Censoribus comprobatam inuenero, operae pretium mihi ipse videbor feciſſe. Scr. Merseburgi a. d. XII. Iulii A. R. S. cIↃIↃCCLXXXXVIII.

STEPHANI BERGLERI.

PRAEFAMEN.

(omissis iis, quae scire nunc nil intreest.)

Praestantiam eximiam, et variam vtilitatem incomparabilis huius scriptoris, vulgo nondum satis noti, vsu et experiundo potius cognoscas velim, Lector, quam ex meo praeconio: quod nec paucis verbis absolui potest, nec multa tempus et spatium patiuntur. Ita ergo fac; non poenitebit operae. Numquam antehac seorsim fuit editus; cum aliis tantum bis: nempe in Corpore Epistolarum Graecanicarum, primum ab Aldo Graece tantum edito, deinde Geneuae cum versione. Sed ibi tantum XLIV. eius exstant Epistolae, in duos libros diuisae. Nos autem hic primi edimus alias Alciphronis LXXII. Epistolas, quas tertium Librum facimus. Illas priores iam dudum est cum constitueram, — — —. Ne quis vero miretur diuersitatem in Notis meis ad priores duos libros, et tertium: siquidem illas φιλοτιμότερον scriptas et diu sepositas, nunc tantum castigaui; has *fere ex tempore* scripsi, nec fuit spatium eas absoluendi. Nacti autem interea

sumus ineditas illas epistolas. Primus mecum communicauit Cl. Kuesterus priores VIII. ex apographo Bigotii. Deinde vir Cl. Iacobus Perizonius thesaurum maximum Epistolarum Alciphronis mihi transmisit. — — Peruenerunt illae ad Virum Cl. ex bibliotheca Theod. Ryckii, ex Vaticana autem sunt descriptae, vel ab ipso Ryckio, qui Romae fuerat, vel potius a Graeco aliquo, cuius opera ibi vsus fuerat; adscriptum etiam est alicubi indicium, eas nimirum esse ex *Codice Vrbinate* 110. Cum sic plerasque nos habere iam suspicaremur, tamen, quia iamdudum notum est in *Vindobonensi* Bibliotheca exstare triginta et aliquot Alciphronis, edoceri cupiuimus ab Illustri Gentillotto, quaenam illae sint: et comperimus eas etiam nos habere, supereſſe tamen ibi alias decem. Et has autem facile impetrauimus, reliquarum vero collationem *in locis suspectis*, habituri et Octo illas a Lambecio descriptas, nisi eas habuissemus; quas tamen itidem collatas cum nostris inde habemus. — — Indicabo nunc, quas Epistolas ex quibus Codicibus habeamus: simul autem, quod inprimis scitu necessarium est, genera Epistolarum diuersa, inde ab initio. Libro I. Ep. I. et sequentes vsque ad XIX. et deinde XXV. sunt *Piscatoriae*. Ista vltima est ex parte *Rustica*:

ex illis IX. ex parte est *Parasitica*. Ex iisdem simul *Amatoriae* sunt XIII. XVIII. et XIX. Illae in intervallo XX. XXI. XXII. et XXIII. sunt *Parasiticae*, quas etiam ex Vaticano habemus. Deinde sunt *Rusticae* XXIV. XXV. XXVI. quarum duae priores habentur in Caesareo. Sequentes XXVII. et XXVIII. *Amatoriae*, itidem in Caesareo, quod tunc nondum sciebamus. *Amatoriae* sunt et proxima XXIX. cum sequentibus omnibus, quas editas habuimus, sed multum diuersae ab aliis: ex historia nimirum et Comoedia materiam habentes, admirandae et incomparabiles. Lib. III. Ep. I. et II. *Amatoriae* alterius generis, III. *Piscatoria*, IV. V. VI. VII. VIII. *Parasiticae*; octo istae sunt in Bigotiano et Lambeciano, nec non in Vaticano, vbi tres priores initio, sequentes inferius. IX. *Rustica*, est in Caesareo prima. X. *Rustica* in Caesareo secunda, in Vaticano statim post illas tres. XI. Cum sequentibus vsque ad XXXII. ex Vaticano omnes, et *Rusticae*; ex parte tamen *Amatoriae* XI. XVII. XXV. XXVII. XXVIII. Deinde XXXIII. et sequentes vsque ad XLI. ex Caesareo, et *Rusticae*; ex parte *Amatoriae*, nempe XXXIII. et XXXVIII. vna XXXIV. ex parte *Parasitica*. Iam XLII. et sequentes omnes vsque ad finem ex Vaticano, et *Parasiticae*, quarum vna et altera nonnihil de amori-

bus. Haec diuerſitas obſeruata, multum facit ad ſenſum citius capiendum. Sed nos eam diligentius adnotauimus, eo etiam fine, ne quis calumnietur, quod, cum Inſcriptio in impreſſis ante nos ſit: Ἀλκίφρονος ἐπιστολαὶ ἁλιευτικαὶ καὶ ἑταιρικαὶ, nos tamen omiſerimus voces, quibus *Piſcatoriae et Amatoriae* ſignificantur. Id autem factum, quia non eſt adaequata illa Inſcriptio: nam et *Ruſticae* ibi habentur et *Paraſiticae*. Nec addere placebat, nec in vllo MS. ita coniunctim leguntur eiusmodi voces, ſed vel nullae, quamuis alio genere incipiente: vel vna aliqua, vt in Vaticano ante illam epiſtolam, quae nobis eſt IV. Libri III. Τοῦ αὐτοῦ Ἐπιστολαὶ Παρασιτικαί. In Lambeciano autem ante eamdem: Ἀλκίφρονος ῥήτορος Ἐπιστολαὶ παρασίτων, in Caeſareo ante illius primam, quae nobis Libro III. eſt IX. aureis literis ſcriptum: Ἐπιστολαὶ Ἀλκίφρονος Ῥήτορος ἀγροικικαί; in Bigotiana ante eam, quae nobis Libro III. eſt prima: Ἀλκίφρονος Ῥήτορος Ἐπιστολαί. Sic tantum, quemadmodum etiam ante illam, quae nobis Lib. III. eſt LVI. in Vaticano Vrbinate: Ἀλκίφρονος Ῥήτορος Ἐπιστολαὶ, et nihil amplius. Nimirum in iſtis additiones eiusmodi nullum exemplum ſuadet, omiſſionem duo. Quare ſufficere putaui, ſi illa hic indicarem tantum.

Addidi vero Ῥήτορος, quia nullibi sine eo ponitur Auctoris nomen in MSS.

De aetate Eius nihil adhuc constat. Respicit quidem fere ad tempora Macedonica, paullo post Alexandrum M., vnde, vt arbitror, nonnemo eum ad Alexandri tempora refert; sed si hoc solo, sane infirmo argumento. Quod si forte ita est, tum certe nullum alium Laertius Lib. II. Segm. 114. in Stilpone, per τὸν Ῥητορικὸν Ἄλκιμον ἁπάντων πρωτεύοντα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι ῥητόρων, per hunc, inquam, nullum alium intelligit, nisi Alciphronem Rhetorem. Si quid obstat, sicut vnum et alterum obiici posse sentio; forte alterius alicuius recentioris, ad ingenium et eloquentiam illius adspirantis, quaedam hic admista sunt, vel aliqua nouata, ad illum autem fere modum corrumpi solitum fuisse eius nomen adparet, quia et *Alciphum* et *Alcippus* alicubi scriptum. Vide ad Librum III. Ep. II. Plura alia hic mire conueniunt, quae nunc mitto. *) — — —

*) Vt, quae reciderim in hac Bergleri praefatione, resarcirem alio adsumento, haud alienum esse putaui, de ipso Berglero quaedam adiicere, ea inprimis, quae melius ex aliquo tempore edocti sumus. De omni vita

et scriptis eius egerunt Burmannus Secundus in Praef. ad Aristophanem Berglerianum L. B. 1760. 8. — *Nouveau Dictionnaire historique*, edit. IV. Caen. 1779. 8. — Alex. Horányi Memoria Hungarorum et Prouincialium scriptis editis notorum Viennae 1775. p. 279. ex quo et modo laudato Dictionario sua desumsisse profitetur Ill. Adelung in Ioechero continuato L. 784. 4. Idem Horányius in noua Memoria etc. Pestini 1795. 8. T. I. p. 434. — Io. Seivert in *Ungar. Magazin* T. II. P. IV. p. 504. ff. et in *Nachrichten von Siebenbürgischen Gelehrten und ihren Schriften.* Presb. 1785. 8. p. 25. ff. ex quo nonnulla descripsit Paul. Wallaszky in Consp. Reip. literar. in Hungaria, Poson. et Lipsi. 785. 8. p. 243. — Cel. Gurlitt, Coenobii Bergensis Director grauissimus in *Wiedeburgii philolog. paedagog. Magazin* 1793. B. 2. St. 2. S. 99. ff. — Praeter hos singularia quaedam de vita moribusque Bergleri scriptis suis, aliud agentes, inseruerunt Christoph. Wolle ad Clarkium etc. de verbis Graecorum mediis p. 240. Io. Matth. Gesner Isag. in eruditionem vniuersam §. 524. p. 422. ed. Lipsi. 1774. la Croze Thes. epistol. T. II. p. 81 83. Io. Conr. Zeltner in Centuria eruditor. in typogr. Corrector. p. 87—90. Mich. Schendus Vanderbech Med. Doctor in *Empirica illustri*, satyra mordacissima in Maurocordatum Valachiae principem, quae nec Berglero pepercit, cuius libelli rarissimi notitiam debeo Schel-

hornio in Amoenitatt. literar. T. II. p. 385. ff. d'Anſſe de Villoiſon in Prolegg. ad Homeri Iliad. p. XLV. ſ.

Ex his igitur omnibus, omiſſo tamen ſcriptorum elencho, reliquaque vita, ea tantum, quae perperam olim de eo circumferebantur, redarguere inſtitui, Seivertum potiſſimum, Transſiluanum et ipſum ſecutus, additis, quae Villoiſonus nuper, et ex eo Cel. Gurlitt narrarunt. Berglerus igitur, in quo omnes conſentiunt, vti Graece peritiſſimus, ita moribus impolitis fuit, vitamque egit Cynicam. Natus eſt, non Cibinii (*Hermanſtadt*) quod opinatus eſt Wollius l. l. ſed Coronae (*Kronſtadt im Burzellande*) anno, vti Seiuertus ſuſpicatur, ſaeculi ſuperioris LXXX. patremque habuit piſtorem. Vixit deinde Lipſiae, donec a Valachiae Principe Nicolao Maurocordato, cuius librum περὶ τῶν καθηκόντων Latinitate donauerat, literis, quas Villoiſinus publicauit primus, humaniſſimis inuitatus Bucharestium conceſſit, vbi principi fuit a bibliotheca et ſecretis, principesque iuuentutis inſtituit. Falſi igitur fuerunt, qui principem ante aduentum Bergleri diem obiiſſe ſupremum crediderunt, nec probari poteſt, quod alii narrant, gratia eum principis excidiſſe, quo nimirum factum ſit, vt Conſtantinopolin migrauerit, Mohamedanam religionem amplexurus, tandemque inops atque egenus e vita discesſerit. Falſa vero omnia. Poſt mortem principis Conſtantinopolin

quidem abiit, sed doctorem acturus in schola, a patre principis Alexandro in iuuenum Graecorum gratiam instituta. Nec circumcidi se passus est, nec, quod alii tradiderunt, ad Pontificiorum castra transiit, quod Villoisino confirmauit princeps Moldauiae Constantinus Morusi, qui genus ducit a Nic. Maurocordato. Omnino non video, quid ad mutandam religionem impellere potuerit Bergleruм, qui vel nulli ex receptis addictus fuisse videtur, vel omnibus. Reuersus postea temporis Bucharestium, vbi principes laute habuerunt, vina, quae impense amabat, largiter praebuere, mortuumque tandem pompa extulerunt solemni, Seiuerto teste, qui annum, quo mortuus est, adcurate quidem indicare non potuit, in viuis tamen adhuc anno huius Saeculi XXXIV. fuisse eum confirmat.

EMENDANDA ET ADDENDA.

Praef. Voluminis I. p. IV. l. 6. vmbratiCVS. — p. V. extr. l. A iuuent. — p. IX. l. 6. pro inter l. inTRA. ib. l. 13. ἀΓχ. — p. XIII. l. 12. enumerARem. — p. 33. l. 4. a fine post Πυθαγόραν adde: v. inprimis F. W. Reizium de accentus inclinatione p. 11. et Wolfium ad eumd. p. 56. — p. 268. Col. 1. l. 7. pro von Swyngardten Obseruatt. crit. repone: Io. Steph. Bernhard Animadv. in scriptores quosdam Graecos.

Vol. II. p. 13. l. 19. ἐχθρὰ. — p. 14. Col. 2. l. 19. verRiculi — p. 15. Col. 1. l. 5. a fine Ἡπισταμην. — p. 17. penult. iTidem. — p. 18. penult. ProDromo. — p. 19. l. 6. a fine: παραλογισασθαι. — p. 21. l. 2. ERgo. — p. 23. l. 18. pro καταχεόντος τοῦ ὕδατος lege: καταχέαι ζέοντος τοῦ ὕδ. — p. 28. Col. 2. l. 7. ἀπολουμ. — p. 32. Col. 1. l. 4. ΙαταττΑιάξ. ib. Col. 2. l. 11. dele: cum. — p. 33. Col. 2. l. 21. ΦΟρ. — p. 34. Col. 2. penult. Ἄδηλον. ib. Comment. l. 3. ἡμιθΝής. ib. Ep. 8. l. 4. post ἐντεῦθεν dele punctum. — p. 55. l. 5. a fine ἐπΕσπ. — p. 59. Ep. 16. l. 12. λόχΟυς. — p. 60. Col. 2. l. 11. γηρομΟμῳ. — p. 64. Ep. 18. l. 6. ἐπιβοΥλ. — p. 73. l. 6. ΨΗΦοι. l. 20. ἀναῤῥίπτ. l. 27. Anacharsi. — p. 81. l. vlt. ΥΜηττός. — p. 92. l. 2. τυχοΝ. — p. 93. l. 4. κακῶς. — p. 95. Col. 1. l. 4. αὐτόχρ. — p. 104. Ep. 32. l. 4. συνεχΩς. — p. 105. Col. 1. l. 7. Οἰνοφλ. — p. 109. Ep. 34. l. 1. ΤίμΩνα. l. 4. συνηλάΘη. — p. 110. Col. 1. l. 20. ἀπηΜ. — p. 111. l. 15. κόλαξΙ. vlt. Βώλοις. — p. 112. Ep. 35. l. 2. post ἐπομβρίας pro signo interrogat. pone punctum. ib. l. 10. εὑρΩτ. — p. 113. Comment. l. 1. ϑυμηδΙας. — p. 119. l. 7. in fine adde: cf. de hac voce doctiss. Ilgen in Opusc. p. 129. ff. — p. 129. Col. 2. l. 3. ΔεκελΛ. — p. 131. l. 1. ἀπόλωΛα. — p. 133. l. 10. αὐτοσκΩμ. l. 19. πρεσβΥτου. — p. 144. l. 3. pro χρὺν lege: πρὶν. — p. 156. l. 9. μΕσαιπ. ib. l. 12. ΔιΠύλου, ἢν μή τΙ. — p. 157. Comm. l. 10. ᾗΔεις. — p. 158. med. ᾽ΕννεαΚρ. — p. 165. Col. 2. l. 2. malA. — p. 175. Col. 1. l. 7. post frangi incide, et pro

etiam pone contra. (Nota: paginae 161 — 176. bis a typotheta numeratae;) igitur p. 171b., l. 18. σποΥδ. p. 173b. Ep. 57. l. 2. pro τὸν lege τοῦ. — p. 178. Col. 2. l. 6. adde: mirifice placet, quod suadet eruditiſſ. Iacobs Animadv. ad Anthol. Gr. Vol. I. P. I. p. 307. καὶ Ο'ΥΧ' ἑνὸς εἶναι δοκεῖ. p. 203. l. 5. ἐΠιλαΘ. — p. 204. Ep. 68. l. 3. βοΥληΘ. — p. 205. Col. 2. l. 8. pro Alciphronem lege: Alciphron. — p. 211. l. 9. πράξεΩς. — p. 215. Col. 2. l. 19. pro vbi lege vTi. — p. 239. l. 5. a fine: emancipaVi. — p. 244. l. 3. a fine loco donec lege: quamdiu. — p. 257. l. 7. a fine pro tum lege: tam. — p. 260. l. 12. ſoleO. — p. 275. Ep. 4. l. 7. PalAmedeum. — p. 280. l. 3. genAs. ib. l. 5. praeſtareNt. ib. Ep. 12. l. 1. meridIei. ib. l. 8. dulCEdine. — p. 281. Ep. 15. l. 3. redditurO. — p. 286. Ep. 24. l. 5. amAt. — p. 291. l. 11. et hoc ET plura. — p. 293. Ep. 40. l. 6. canEs. — p. 294. Ep. 42. l. 4. quoS. — p. 296. Ep. 44. vlt. ſi CVI cont. — p. 299. Ep. 49. l. 11. HalIartio. — p. 308. Ep. 61. l. 2. infuſI. — — Index: p. 321. ἀνασαΛεύειν. — p. 322. ἀνΘηρὸν ἱμάτ. ib. Col. 2. ἀξιοΘέατος. — p. 329. Col. 2. l. 1. ὀρΝέων. — p. 330. Col. 1. l. 8. Αἰδουμ. Ead. pagina ſic repone: Διανυκτερεύειν, noctem transigere I, 38. Διαπαρθενεύειν, deuirginare. II, 2. p. 277. it. Col. 2. pro Diopylon lege: Dipylon. p. 341. Col. 2. l. 8. a fine συνηΘΕΙΑ. — p. 345. Κωμάρχης magiſter non VINORVM, ſed VICORVM. ib. Col. 2. l. 11. pEluis. — p. 351. παιδερΩς. — p. 354. l. 5. a fine πολιοΡκεῖν. — p. 355. Col. 2. l. 1. προκόΛπιον. ib. προςκρΟύειν. p. 357. Col. 1. l. 5. noDi. — p. 359. σποΥδάζεσθαι.

ALCIPHRONIS

RHETORIS

EPISTOLAE.

LIBER TERTIVS.

TOMVS SECVNDVS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-705901-p0037-5

ALCIPHRONIS
RHETORIS
EPISTOLAE.
LIBER TERTIVS.

(Octo priores epistolas cum Codice Barberiniano Romae, primam cum Florentino Bibl. Laurent. n. 7. collatas humanissime mecum communicauit Experientiss. atque doctiss. *Weigelius*, Med. Doctor Lipsiensis Barberinianus hunc Indicem praefert: Ἀλκίφρονος ῥήτορος ἐπιστολαί.)

Epistola I.

Γλαυκίππη Χαιρώπη.

Οὐκέτ' εἰμὶ ἐν ἐμαυτῇ, ὦ μῆτερ, οὐδ' ἀνέχομαι γήμασθαι, ᾧ με κατ' ἐγγύησιν ἐπηγγείλατο ἔναγχος ὁ πατὴρ, τῷ Μηθυμναίῳ μειρακίῳ τῷ παιδὶ τοῦ κυβερνήτου, ἐξ ὅτου τὸν ἀστικὸν ἔφηβον ἐθεασάμην τὸν ὠσχοφόρον, ὅτε με ἄστυδε προὔτρεψας ἀφικέσθαι, ὠσχοφορίων ὄντων. Καλὸς μὲν γάρ ἐστι, καλὸς, ὦ μῆτερ, καὶ ἥδιστος, καὶ βοστρύχους ἔχει βρύων οὐλοτέρους, καὶ μειδιᾷ τῆς θα-

λάσσης γαληνιώσης χαριέστερον, καὶ τὰς βολὰς τῶν ὀφθαλμῶν ἐστι κυαναυγὴς, οἷος τὸ πρῶτον ὑπὸ τῶν ἀκτίνων τῶν ἡλιακῶν ὁ πόντος καταλαμπόμενος φαίνεται. τὸ δὲ ὅλον πρόσωπον αὐταῖς ἐνορχεῖσθαι ταῖς παρειαῖς εἴποις ἂν τὰς Χάριτας τὸν Ὀρχομενὸν ἀπολιπούσας καὶ τῆς Γαργαφίας κρήνης ἀπονιψαμένας, τῷ χείλη δὲ, τὰ ῥόδα τῆς Ἀφροδίτης ἀποσυλήσας τῶν κόλπων, διήνθισται, ἐπὶ τῶν ἄκρων ἐπιθέμενος. Ἢ τούτῳ μιγήσομαι, ἢ τὴν Λεσβίαν μιμησαμένη Σαπφὼ, οὐκ ἀπὸ τῆς Λευκάδος πέτρας, ἀλλ' ἀπὸ τῶν Πειραϊκῶν προβόλων ἐμαυτὴν εἰς τὸ κλυδώνιον ὦσω.

ADNOTATIO CRITICA.

2. ἐγγύησιν. Ita ex Mss. Caesareo Lambecii et Bigotiano, [nec aliter Barberin.] Ex Vaticano habemus κατεγγυώσειν. Non displiceret κατεγγυήσειν. *Bergler.*

3. Μηθυμναίῳ. Vulgata ΜΕθυμναίῳ. Rectius per H hanc vrbem scribi, didiceram ex Wassio ad Thucyd. Lib. III. c. 2. et firmat Cod. Barberin. ideoque recepi.

4. κυβερνήτου. Barberin. κυβερνίτου. vitiose.

4. ἀστικόν. Idem liber ἀστϒκόν. v. Ruhnkenium ad Longinum p. 260. et infra Ep. 25. et 71.

5. ὅτε με. Barberin. μέν.

5. προὔτρεψας. Sic recte Florentin. male Barberin. προύτρεψαΙ. Haec aperta Cod. Barberin. sphalmata enotaui, non vt aliquid inde melioris exsculpi posse putem, sed vt de valore Codicis omnino iudicari possit.

6. καλὸς μέν. Hoc μὲν deest in Barberin.

8. βρύων. Ita ex Mss. Caes. Lambecii et Bigotiano [et Barberiniano.] Ex Va-

ticano βοτρύων, quod nec ipsum videtur alienum. Sed βρύων, si *muscus marinus* intelligatur, cum sequentibus congruit. *Bergler.* — Hesychius: βρύα, ἃ γίνεται ἐπὶ πετρῶν. Adposite etiam vnus ex Glossatoribus Eichstad. monet, in ore puellae, quae piscatoris filia esset, *muscí* mentionem aptissimam esse.

8 μεσδιᾷ. Florent. vitiose μεδιᾷ.

8. θαλάσσης. Barberin. θαλάττης.

9. γαληνιώσης. Barberin. admodum monstrose γαλτωσιώσης.

10. ὀφθαλμῶν. Liber Florentin. ὀμμάτων, quod non contemnendum. Sic Aristaenetus I, 1. Nihil tamen mutare malui, quum Noster infra Ep. 67. ὀφθαλμῶν itidem habeat. Ceterum de βολαῖς ὀφθαλμῶν vide Arnaldum Misc. Obseru. T. V. p. 284. Leisnerum ad Herodiani I, 7. p. 253. ed. Irmisci, et si nondum sitim expleueris, larga, quod solet, manu plura adfundentem Irmiscum ipsum p. 254.

12. πρόσωπον. Bergle-rus ita verterat: *Totus autem eius vultus talis, vt tripudiare in genis eius diceres*, ad quae Arnaldus in Misc. Obseruatt. T. V. p. 285. monet, etiamsi ellipsin quamdam comminiscaris, tamen se non intelligere, quid tunc sibi velit: *tota facies talis est, vt in genis tripudiare diceres Gratias.* Si genis tantum insidant, cur quaeso, addita totius faciei mentio? Verba itaque τὸ δὲ ὅλον πρόσωπον e margine in textum migrasse sibi persuadet. — Non consentit Pierſonus Verisimil. p. 95. sed alia interpunctione, (post καταλαμπόμενος enim pungit, et τὸ φαίνεται sequentibus iungit,) et leui mutatione sic locum constituit: οἷος τὸ πρῶτον ὑπὸ τῶν ἀκτίνων ὁ πόντος καταλαμπόμενος. φαίνεται δὲ ὅλος πρόσωπον· αὐτὰς ἐνορχεῖσθαι ταῖς παρειαῖς εἴποις ἂν τὰς Χάριτας. Huic emendationi occasionem dedit alius Alciphronis locus in epistola, cuius fragmentum edidit Abresch in Addendis ad Aristaenetum p. 115. v. infra Fragm. V. Ἐνδεδυμένη γὰρ εὐπροσωποτάτη ἐστίν· ἐκδῦσα δὲ ὅλη πρόσωπον φαίνεται, quae exscripsit Aristaenetus I, 1. Non diffitetur

tamen Pierſonus, *ῥῆσιν* hanc nimis ipſi videri argutam et ſophiſticam. — Ego vero puellae, amaſii pulcritudine abreptae, vti multa ignoſcenda, ſic omnium minime iuſtae orationis ſtructurae neglectum, quem adfectu commoti amamus omnes, vitio vertendum eſſe exiſtimauerim. Quod qui mecum ſentiunt, nihil omnino mutatione opus eſſe facile intelligent.

13. *ἂν τὰς Χάριτας.* Cod. Barberin. habet *ἂν αὐτὰς*, male tamen omiſit *Χάριτας*, quae vox abeſſe non poteſt.

14. *Γαργαφίας.* Vulgata *ἀργαφίας* eſt Codicum Bigotiani et Vaticani. Caeſareus Lambecii [et Barberin.] *ἀγραφίας.* Sine dubio tamen legendum *Γαργαφίας.* Eſt enim Gargaphia fons ille, vbi Dianam lauantem vidit Actaeon, in Boetia, vbi et Orchomenos. *Bergler.* — Ego non legendum tantum, ſed recipiendum putaui. De fonte ipſo vide Interpretes ad Ouidii Metamorph. Lib. III. v. 156. et Vibium Sequeſtr. p. 230. ed. Oberlin.

15. *τὼ χείλη.* Ita ex Ms. Vat. Ex Bigotiano (nec aliter in Barberin.) *τῶν χειλέων τὰ ῥόδα.*

17. *μιγήσομαι.* Medebachius Wakkerus Amoenit. liter. p. 24. non dicam, inquit, quod Thom. Mag. p. 616. obſeruat, *μίγνυσθαι* de *viro* dici, *non de femina;* ſed quis credat, filiam ſic audere ſcribere ad matrem? ſcribe *ἢ τούτῳ* ΓΑΜΗσομαι. — Profecto modeſtius atque decentius. Sed iſtam Thomae Mag. obſeruationem, vti plures, non admodum eſſe veram, oſtenderunt eius interpretes. Minus adhuc offendere poteſt eiusmodi vox in virgine, cui ſanandae ipſa mater helleboro, eoque non vulgari, ſed praeſentiſſimo Anticyrano opus eſſe ſequenti epiſtola teſtatur.

COMMENTARIVS.

5. *ὠσχοφόρον.* Meminit et Lib. I. Ep. 4. vbi vide p. 33.

8. *μειδιᾷ τῆς θαλάσσης γαληνιώσης χαριέστερον.* *Subdola cum ridet placidi pellacia ponti* Lucretius II. v. 159.

Idem initio Libri I. *tibi rident aequora ponti.* Leonides [Alexandrinus] in Epigrammate, Anthol. Lib. III. c. 22. (Iacobs Vol. II. p. 180.)

Οὐδ' εἴ μοι γελόωσα καταστορέσειε γαλήνη
Κύματα, καὶ μαλακὴν ῥῖκα φέροι Ζέφυρος
Νηοβάτην μ' ὄψεσθε. — —

Nec si mihi ridens sternat tranquillitas fluctus, mollemque vndulationem ferat Zephyrus, nauigantem me videbitis. Alii etiam vtriusque linguae scriptores risum tribuerunt mari. *Bergler.* — Cachinni adeo fluctibus tribuuntur a Catullo Carm. LXIV. p. 374. vbi vide Cel. Doeringium, et ab eo laudatos alios.

10. κυναυγής. Hesychius. Κυανόν. εἶδος χρώματος οὐρανοειδές. v. Salmasii Exercitat. Plin. p. 143. a. W.

13. ἐνορχεῖσθαι ταῖς παρειαῖς τὰς Χάριτας. Aristaenetus Lib. I. Ep. 10. καὶ τοῖς ὄμμασι Χάριτες, οὐ τρεῖς καθ' Ἡσίοδον, ἀλλὰ δεκάδων περιχορεύει δέκας, qui ibi videtur Musaeum illum iuniorem imitatus in augendo numero Gratiarum. Ille ita v. 63. ff.

Πολλαὶ δ' ἐκ μελέων χάριτες ῥέον. οἱ δὲ παλαιοὶ
Τρεῖς χάριτας ψεύσαντο πεφυκέναι· εἷς δέ τις Ἡρῶς
Ὀφθαλμὸς γελόων ἑκατὸν χαρίτεσσι τεθήλει.

multae autem ex membris Gratiae fluebant; at antiqui tres Gratias mentiti sunt esse; verum alteruter Herus oculus ridens centum Gratiis pullulabat. Bergler. Aliud eiusdem argumenti epigramma attulit Piersonus Verisimil. p. 96. ex Stratone (Iacobs. Vol. III. p. 73.)

Ψευδέα μυθίζουσι, Θεόκλεες, ὡς ἀγαθαὶ μὲν
Αἱ Χάριτες, τρίσσαι δ' εἰσὶ κατ' Ὀρχομενόν.
Πεντάκις γὰρ δέκα σεῖο περισκιρτῶσι πρόσωπα
Τοξοβόλοι ψυχέων ἅρπαγες ἀλλοτρίων.

14. τὸν Ὀρχομενὸν ἀπολιπούσας. Grata et elegans (?) haec adlusio inter ὀρχεῖσθαι et Ὀρχομενός. Fuit autem in hac vrbe [Arcadiae, eaque ob diuitias celebri. v. Dion Chryſ. Vol. II. p. 120.] templum Gratiarum omnium primum. Strabo Lib. IX. p. 635. Ἐτεοκλῆς δὲ τῶν βασιλευσάντων ἐν Ὀρχομενῷ τις Χαρίτων ἱερὸν ἱδρυσάμενος πρῶτος, vbi doctiſſimus Caſaubonus inter alia adnotat Theocriti locum Idyll. XVI. v. 104.

Ὦ Ἐτεόκλειοι Χάριτες θεαὶ, αἱ Μινύειον
Ὀρχομενὸν φιλέοισαι — —

O Gratiae, Eteocleae Deae, quae Minyeum Orchomenum amatis. Bergler.

17. ἐπιθέμενος. Reitzius ad Luciani Amores T. V. Bip. p. 590. per hypallagen explicat Graecis ſolemnem. Sic apud Noſtrum infra Ep. 40. πήραν ἐξηρτημένος et ἀπέξυσται τὴν αἰδώ.

18. τὴν Λεσβίαν μιμησαμένη Σαπφώ. Hanc primam a Leucade petra in mare ſe praecipitaſſe prae impatientia amoris erga Phaonem, auctor eſt Menander apud Strabonem Lib. X. p. 694. vbi plus ſatis de ea re nuper adnotatum. *Bergler.*

Epistola II.

Χαρώπη Γλαυκίππῃ.

Μέμνας, ὦ θυγάτριον, καὶ ἀληθῶς ἐξέστης. Ἐλλεβόρου δεῖ σοι, καὶ οὐ τοῦ κοινοῦ, τοῦ δὲ ἀπὸ τῆς Φωκίδος Ἀντικύρας, ἥτις, δέον αἰσχύνεσθαι κορικῶς, ἀπέξεσας τὴν αἰδὼ τοῦ προσώπου. Ἔχε ἀτρέμα, καὶ κατὰ σεαυτὴν ῥίπιζε τὸ κακὸν ἐξω-

θοῦσα τῆς διανοίας. Εἰ γάρ τι τούτων ὁ σὸς πατὴρ πύθοιτο, οὐδὲν διασκεψάμενος, οὐδὲ μελλήσας, ἱτοῖς ἐναλίοις βορὰν παραρρίψει σε θηρίοις.

ADNOTATIO CRITICA.

(Hanc epistolam edidit etiam Leo Allatius in Notis suis ad Ep. VIII. Socraticarum Graece tantum vsque ad verba: ἄπιθι εἰς Ἀντίκυραν, vbi mire auctoris nomen in casu recto scribitur *Alciphum*, forte errore typi pro *Alciphus*, [Minime vero, mi Berglere, Accusatiuus enim iste pendet a praecedente *apud.*] nam apud Erasmum *Alcippus* scriptum Chil. III. Cent. I. Adag. 22. vbi initium Epistolae XV. Libri I. citat. apud quem tamen alibi *Alciphron. Bergler.*)

3. ἥτις δέον αἰσχύνεσθαι κορικῶς, ἀπέξεσας. Vulgata habebat δὲ pro δέον, sed a Berglero, vt superfluum, parentheseos signis inclusum; qui eius loco primitus TO fuisse credebat. — Vt vero, quae ad hunc locum pertinent, statim coniungam, reliqua addam Bergleri. Et primo quidem in Vaticano Codice legi narrat κωμικῶς, in editione Allatii vero κωρικῶς [quod etiam Barberin. habet, ex quo fortasse Allatius sumsit] ex posteriore igitur veram lectionem putat sese inuenisse. Sic enim Aelianum Ep. penultima de meretrice, quam sub specie virginis ducebat adolescens: αἰδουμένη κορικῶς εὖ μάλα, καὶ κατὰ τὸν γαμουμένων νόμον ὑπέκρυπτε τὴν τέχνην, *pudibunda plane vt virgo, et ad morem sponsarum se componens occultabat technam.* Deinde vel αἰσχύνεσθαι vel τὴν αἰδὼ pro glossemate habet Berglerus, mauult tamen posterius, propter κορικῶς, quod non nisi ad αἰσχύνεσθαι referri possit, videri autem adscriptum fuisse, vt indicaretur, Infinitiuum poni loco nominis. Alias obseruasse

sibi visus est apud alium quemdam ἀποξύειν τὴν αἰδῶ. [Ipse Noster ita infra Ep. 40.]

Arnaldus etiam Misc. Obseruatt. T. V. p. 286. ineptam tautologiam politissimo Alciphroni ab inepto librario donatam esse autumat, nasutique glossatoris esse αἰσχύνεσθαι κορικῶς pronuntiare non veretur. At vero, quod et Piersonus in Verisimil. p. 95. animaduertit, iusto crebrius ad Glossemata confugit Arnaldus, quae tamen multam cautionem habent.

Neuter vero horum doctissimorum virorum rem tam felici acu tetigit, quam Valkenarius, qui, quum ad Euripidis Phoenissas p. 548. librariorum prauos mores mox syllabas addendi, mox, idque saepius, easdem omittendi notauisset, huic nostro loco medelam adhibuit optimam eo, vt δὲ mutaret in δέον. Virgulam voculae δὲ in antiquiori libro superscriptam praeteruiderat scribae incuria, hinc illa labes, quae viros illos tam male exercuit. Iam vero, si δέον ponas, et ita incidas, vti incidere operas iussi, munda omnia et plana sunt.

5. ῥίπιζε. Berglerus vertit: *ad te redi*, hac nota adscripta: potius καὶ μὴ κατὰ σεαυτὴν ῥίπιζε, aut καὶ κατὰ σεαυτὴν τρέπου, vt Lib. I. Ep. 28. in re simili: πέπαυσο καὶ τρέπου κατὰ σεαυτόν. Caesareus Lambecii ῥήπιζε, ita tamen, vt τῷ η Iota sit supra et infra adscriptum. Pro ἐξωθοῦσα male ed. Allatii ἐξελθοῦσα. Haec *Berglerus*.

Arnaldus Misc. Obseruatt. T. V. p. 286. nihil in his mutandum censet, κατὰ σεαυτὴν ῥίπιζε explicans *comprime te*, proprie *flando deprime*. Contrarium enim ἀναῤῥιπίζειν esse *excitare, animos addere*, et apud ipsum quidem Nostrum Lib. I. Ep. 35. et Lib. III. Ep. 22. Similiter et simplex ῥιπίζειν ipsum Alciphronem vsurpare Lib. III. Ep. 47. — Sed, vt alia taceam, quid tum de κατὰ facias? nam Tmesin h. l. statuere durius esset, doctiusque, quam pro pedestri oratione et vxore piscatoris.

Doruilius p. 510. Animaduersionum ad Charitonem κατὰ σαυτὴν γενοῦ, quod Lib. VI. c. 1. occurrit, explicat: *consideres, inspicias at-*

tenta mente, quae agenda inſtant. Tum vero de hoc Noſtri loco agens neſcit, vnde ῥιπίζειν κατὰ σαυτὴν τὸ κακὸν et ἐξωθεῖν τῆς διανοίας de eadem dicatur, nam ῥιπίζειν potius *ventilando excitare* ſignificare. Sic ἀνεγείρειν et ῥιπίζειν στάσιν coniungi apud Ariſtophanem Ran. 363. coll. Schol. ad eiusd. Eccleſ. 837. Tum forte ῥίπιζε τὸ κακὸν ἐξωθοῦσα τῆς διανοίας poſſe exponi: *Excute malum et expelle ex mente, ventilando diſſipa, diventila, exſtingue*, nam licet ſaepe videamus, *iactatas mota face creſcere flammas*, etiam flando et mouendo quandoque easdem exſtingui. — Quamquam vero haec Doruilii explicatio et mihi non ſatis placet, nolim tamen mea facere, quae Toupius in Ep. Critica (operum Lipſiae editorum Vol. II. p. 98.) more ſuo h. e. acerbe monet: *Interpretes nihil viderunt. confer Cl. Doruilium ad Charitonem, vbi de hoc loco agit, ſed ita agit, vt nihil proficiat, quod in viro doctiſſimo dolendum.* — Cur vero, mi Toupi, non placuit meliora adferre? quod in tam ſeuero iudice dolendum. Nam ῥιπίζειν eſſe *ventilare*, non erat, quod nos doceres et apud Noſtrum καταῤῥιπίζειν hoc loco noſtro occurrere falſum eſt. Fortaſſe igitur tmeſin, vti Arnaldus, ſtatuiſti? Quod nollem factum!

Ego quidem alia alio tempore ſuſpicatus ſum v. c. κατὰ σαυτὴν (ſponte) ῥύθμιζέ σε, vel κατὰ σεαυτὴν τρέπου, ῥίζηθεν ἐξωθοῦσα κ. τ. λ. vel ἐντρέπου τοὺς κατὰ σεαυτήν, reuerere propinquos, parentes tuos. Iam vero optima videtur, quam Berglerus ex ſimillimo loco Lib. I. Ep. 28. propoſuit, emendandi ratio: κατὰ σαυτὴν τρέπου. Sic Ariſtophanes, quod ipſe Berglerus monuit in Acharn. v. 1018. κατὰ σεαυτὸν νῦν τρέπου, [adde etiam Nubes v. 1266. et ibi Erneſtium p. 47.] ad quem locum deinde in editione Ariſtophanis L. B. 1761. notam Kueſteri adſcripſit: *Erat formula veteribus vſitata, qua ſignificabant, ſe omen aliquod oblatum non accipere, ſed reſpuere et auerſari*, quae Kueſteri obſeruatio tamen ad locum noſtrum nihil valet illuſtrandum. Ego ita inter-

preter: *Collige te*, (komme wieder zu dir ſelbſt, beſinne dich des Beſſern) *damnoſamque lubidinem animo expelle.*

Haec ſcripſeram, quum recordarer, adoleſcentem, quem puella noſtra deperiret, teſte Ep. praecedente, fuiſſe ὠσχοφόρον, ideoque *nobiliori genere ortum.* v. ſupra ad I, 4. Quid ſi igitur, ita cogitabam, κατὰ σαυτὴν τρέπου idem eſſet, quod κατὰ σαυτὸν ἔλα ap. Callimachum in Epigr. p. 272. Ern. et Plutarchum de educatione 19, 3. vbi itidem de delectu coniugis ſermo eſt, et Heuſingerus adpoſite Ouidii locum excitat: *Si qua voles apte nubere, nube pari?*

7. μελλήσας. Barber. μελήσας.

9. παραῤῥίψει. Idem liber παραῤῥίψειε, omiſſo σέ. Nec aliter Allatius.

COMMENTARIVS.

1. μέμηνας, ὦ θυγάτριον, καὶ — ἐλλεβόρου δεῖ σοι. Vt Proeti filiae, quas ſecundum quosdam ex amore inſanientes, Melampus ab hac inſania elleboro nigro curavit, quod ab ipſo, vt volunt, Melampodion dictum. Nota Prouerbia de Anticyris, quae geminae, et de elleboro. *Bergler.*

8. βοᾶν παραῤῥίψεισε θηρίοις. Id quod Andromedae et Heſionae contigit, et aliis quibusdam in Comoedia veteri. *Bergler.*

Epistola III.

Εὔαγρος Φιλοθήρῳ.

Εὐσφία μὲν ἦν καὶ πλῆθος ἰχθύων· ἐγὼ δὲ τὴν σαγήνην ἁπλώσας ἠπόρουν ὅ, τι πράξαιμι. Ἐδοξεν οὖν Σισύφειόν τι μοι βουλευσαμένῳ βούλευμα, ἐλθεῖν παρὰ τὸν δανειστὴν Χρέμητα, καὶ ὑποθήκην αὐτῷ καθομολογήσαντι τὸ σκάφος, λαβεῖν χρυσίνους τέσσαρας, ἐξ ὧν αὖθις καινουργῆσαί μοι τὴν σαγήνην ὑπάρξειε. καὶ δῆτα τοῦτο λόγου θᾶττον ἐγένετο. Καὶ ὁ Χρέμης ὁ κατεσκληκὼς, ὁ κατεσπακὼς τὰς ὀφρῦς, ὁ ταυρηδὸν πάντας ὑποβλέπων, ἴσως ἔρωτι τῆς ἀκάτου, χαλάσας τὸ βαρὺ καὶ ἀμειδὲς, ἀνεὶς τὰς ὄψεις, ὑπεμειδία πρός με, καὶ οἷος εἶναι ὑπουργεῖν πάντα ἔφασκεν. Εὐθὺς μὲν οὖν ἔκδηλος ἦν, οὕτως ἀθρόως τὸ σκυθρωπὸν λύσας, οὐκ ἀγαθόν τι διανοούμενος, ἀλλ' ὕπουλον ἔχων τὸ φιλάνθρωπον· ὡς δὲ ἐνστάντος τοῦ καιροῦ πρὸς τῷ ἀρχαίῳ καὶ τὸν τόκον ἀπῄτει, οὐδὲ εἰς ὥραν ἐνδιδοὺς. ἐπέγνων τοῦτον ἐκεῖνον, ὃν ἠπιστάμην πρὸς τῇ Διομήτιδι πύλῃ καθήμενον, τὸν τὴν καμπύλην ἔχοντα, τὸν ἐχθρᾶ πᾶσι φρονοῦντα Χρέμητα τὸν Φλοιέα, καὶ γὰρ ἕτοιμος ἦν ἐπιλήψεσθαι τοῦ σκάφους. Ἰδὼν οὖν, εἰς ὅσον ἀμηχανίας ἐληλάκειν, οἷα δὴ ἀποτρέχω, καὶ τὸ χρυσοῦν ἀλύσιον, ὅπερ ποτὲ εὐπορῶν τῇ γαμετῇ κόσμον εἶναι περιαυχένιον ἐπεποιήκειν, ἀποσπάσας τοῦ τραχήλου, ὡς Πασέωνα τὸν τραπεζίτην ἐλθὼν, ἀπημπόλησα, καὶ συναγαγὼν τὰ νομίσματα

σὺν αὐτοῖς τόκοις φέρων ἀπέδωκα, καὶ ὤμοσα κατ' ἐμαυτοῦ, μήποτε ὑπομεῖναι παρά τινα τῶν ἐν πόλει δανειστῶν ἐλθεῖν, μήδ' ἂν φθάνοιμι λιμῷ κατασκλῆναι. Ἄμεινον γὰρ εὐπρεπῶς ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν ὑποκείμενον δημοτικῷ καὶ φιλοκερδεῖ πρεσβύτῃ.

ADNOTATIO CRITICA.

2. ἁπλώσας. Non satis facit hoc verbum. Ms. Caesareus Lamberii ὑπλῶσας. *Bergler.* Ἁπλοῦν est *extendere*, de *retibus*, et *velis navium* vsurpatum. Vide Cel. Schneiderum ad Anacreontem p. 118. et quos ibi laudat *Gronouium* Obseruatt. Lib. IV. p. 747. Platner. *Gesnerum* ad Orphea p. 92. quibus adde Cl. *Ilgenium* ad Homeri Hymnos p. 329. Ista vero significatio vix locum hic habere videri possit ideo, quod paullo post sequens καινουργῆσαι de damno retibus illato cogitare iubeat. Quo factum est, vt *Trillero* Obseruatt. Crit. p. 112. in mentem venerit legere vel παλαιώσας, *quum vsu consumsissem*, vel ἀπολέσας, quod ipsi, vti et mihi magis illo placet. Lubentius tamen accesserim *Arnaldo* in Misc. Obseruatt. T. V. p. 287, qui quum Lib. I. Ep. 14. meminisset occurrere δίκτυον ἀποσχισθὲν, eamdem loco nostro vocem restitui commode posse existimavit. Verba eius adscripsi, vt leuem maculam abstergerem. *Certum est*, inquit, *piscatorem hic queri rete suum lacerum et corruptum fuisse, idque deinde, postquam foenori acceperat pecuniam*, se refecisse *testatur*. Vltimum *refecisse* Arnaldus in verbis: καὶ δῆτα τοῦτο λόγου θᾶττον ἐγένετο inuenisse sibi visus est, quae tamen non ad refectionem verticuli, sed ad consilium foeneratorem adeundi referenda sunt. — Nihil mutare ego volui. Piscator extenderat, suspenderatue retia, nec tamen addit, qualia ea inuenerit: scissa fuisse ex

sequenti καινουργεῖν facile potest suppleri.

3. τι (μοι βουλευσαμένῳ.) Pro τι Berglerus ὅ, τι, Barberin. ὅτι. Neutrum placuit. — Loco βουλευσαμένῳ Barberin. βουλευομένῳ. Vulgata tamen melior.

5. χρυσίνους. Ita ex Vaticano [et Barberiniano] Bigotianus χρυσίους. *Bergler.* — Aliis duobus locis χρυσοῦς habet Noster I, 40. III, 8. sed χρυσίνους aeque recte.

7. ὑπάρξειε. Barberin. ὑπάρξειεν.

9. ὑποβλέπων. Barberin. ἐπιβλέπων, quod quo minus melius illo putes, vetant, quae obseruauit Cel. Wyttenbachius Ep. Crit. p. 46.

11. τὸ ἀμειδές. Barberin. vitiose ἀμειδεὶς, vti paullo post pro ἔχων τὸ φιλάνθρωπον — ἔχοι τὸν φιλ.

17. εἰς ὥραν. Ita ex Vaticano, ex Caesareo Lambecii, et Bigotiano [et Barberin.] οὐδὲ εἰς ὥραν ἡμέραν ἐνδιδούς. Alterutrum redundat, Gloss. Eichst. ἡμέραν praefert.

18. ἀπιστάμην — καθήμενον. Haec omnia desunt in Cod. Barberin.

20. Φλοιέα. Ita Mss. quasi Φλοιεὺς a Φλοία. Meursius de populis h. v. verum pagi Attici nomen censet Φλυά, licet ipso adnotante apud Harpocrationem sit Φλυεία, et apud Suidam Φλυΐα, vnde esset Φλυεὺς, in Accus. Φλυέα, quod vt proxime accedens apud Nostrum reponendum. Sic *Bergl.* — Φλυεὺς firmat Inscriptione Sponius Itin. T. II. p. 478. ap. Gronou. Thes. Antt. Graec. Vol. IV. p. 818.

23. ἀλύσιον. rectius ἀλύσιον. v. Interpretes ad Iul. Pollucem Lib. X. 39. in fine.

25. ὡς Πασέωνα. Ita ex Vaticano. Bigotianus [vti et Barberin.] ὥσας Πασείονα, sine dubio male. Videtur autem ortum ex ὡς εἰς, quorum posterius ad expositionem prioris ab aliquo adscriptum fuerat; deinde, vt fit, ab alio in contextum fuit receptum, ab alio inde ὥσας factum. Exstat autem ἐς adscriptum in margine ex Vaticano. *Bergler.* — De scriptura vocis Πασέωνα v. infra ad Ep. 38.

27. σὺν αὐτοῖς τόκοις. Gloss. Eichst. mauult αὐτοῖς τοῖς τόκοις (eiecto σύν.) — Fortasse recte v. supra ad Lib. I, Ep. 2. p. 22.

28. κατ' ἐμαυτοῦ. Ita ex Vaticano. Caesareus Lambecii et Bigotianus [et Barberin.] ὤμοτα κατελώνας ἐμαυτοῦ. *Bergler.* Notari meretur, quae Glossatori Eichst. in mentem venit, emendatio: καταρώμενος.

30. κατασκληναι. Ex coniectura. Ms. Bigot. [et Barberin.] κατακληθῆναι Ex Vaticano κατακλησθῆναι, vnde aliquis forte coniiceret κατακλυσθῆναι, *inundari.* Κατασκληναι confirmatur Ep. sequente, vbi ἀποσκλῆναι. Sed quid opus? sine dubio ad hunc locum respicit Eustathius p. 1508 l. 42. σκλαίνω. ὅθεν παρὰ τῷ Ἀλκίφρονι τὸ κατασκλῆναι κινδυνεύω λιμῷ. *Bergler.* — Cod. Doruil κατασκληθῆναι Dorvilius tamen p. 625. accedit Berglero. v. inprimis Hemsterhusium ad Luciani Dial. Mort. T. II. Bip. p. 539. et Piersonad Moerid. p. 50.

COMMENTARIVS.

1. εὐοψία. Occurrit haec vox et Lib. I. Ep. 1. *Bergler.*

3. Σισύφειον βούλευμα. Pindarus Olymp. XIII. v. 72. Σίσυφον μὲν πυκνότατον παλάμαις. *Sisyphum quidem callentissimum artificiis*, vbi Schol. inter alia: συνετώτατον βουλαῖς, ἢ γνώμαις. De prouerbio Σισύφου μηχαναὶ ex Aristophanis Acharnensibus v. 390. egerunt Erasmus et Hadr. Iunius. Talia autem Ὀδύσσειον βούλευμα supra Lib. I. Ep. 23. et mox Ep. sequ. βούλευμα Παλαμήδειον. *Bergler.*

8. κατεσκληκώς. Lucianus in Somnio §. 29. T. VI. Bip. p. 335 ὠχρὸς δ' ἔστιν, καὶ κατέσκληκεν ὅλος, ἐκτετηκὼς ὑπὸ φροντίδων δηλαδή. cf. eumdem in Hermotimo §. 2. T. IV. Bip. p. 3. W.

13 ἀθρόως. h. l. celeriter. Sic et infra Ep. 50. cf. Abresch Lectiones Aristaenet. p. 73. et Perizon. ad Aelian. V. H. I, 4. W.

15. ὕπουλον De hoc et aliis eiusmodi vocabulis ὑπόχαλκος — κίβδηλος — ὑπόξυλος — ὕφαλος — πα-

ῥάσημος vide Pierſonum ad Herodianum Grammat. p. 447. W.

16. ἀπήτει. Ἀπαιτεῖν omnino *repetere*, *quod iure debetur*, ideoque *pecuniam aliis creditam*. Sic apud Phalar. Ep. 65. bis οἱ ἀπαιτούμενοι, qui de nomine expediendo adpellantur. W.

18. Διομήτιδι πύλῃ. Meurſius in Athenis Atticis in fine, vbi portas Athenarum enumerat, ex Heſychio in Δημιάσι adducit vnius nomen, quod in Dat. plur. ſcribitur Διομῆσι ibi apud Heſychium, vbi forte Διομῆσι ſcribendum, vel potius monſtrante nunc Alciphrone Διομήτισι. *Bergler.* — Infra Ep. 51. eſt Διομήδους πύλη.

19. τὴν καμπύλην. Notum eſt ſubaudiri βακτηρίαν. Erat autem geſtamen foeneratorum. Demoſthenes aduerſus Pantaenetum: μισοῦσί φησιν Ἀθηναῖοι τοὺς δανείζοντας. Νικόβουλος δ' ἐπίφθονός ἐστι, καὶ ταχέως βαδίζει, καὶ μέγα φθέγγεται, καὶ βακτηρίαν φορεῖ. *Bergler.*

26. ἀπημπόλησα. Eadem vox eſt infra Ep. 46. de qua vide Reitzium ad Luciani Toxarin §. 28. T. VI. Bip. p. 448. W.

27. φέρων ἀπέδωκα. Interpres male vertit: *detuli ac reddidi*, quod recte monet Gloſſ. Eichſtad. (Barthius Portenſ.) eſſe potius μετὰ σπουδῆς καὶ ὁρμῆς ἀπέδωκα. v. Perizonium ad Aelian. V. H. VIII, 14. et quem non? W.

29. φθάνοιμι κατασκλῆναι. Alias fere τῷ φθάνω Participia iunguntur, ſed Infinitiuum ibidem inuenies infra Ep. 41. cf. Reitzium ad Lucian. T. IX. p. 360.

Epistola IV.

Τρεχέδειπνος Λοπαδεκθάμβῳ.

Ὁ γνώμων οὔπω σκιάζει τὴν ἕκτην· ἐγὼ δὲ ἀποσκλῆναι κινδυνεύω, τῷ λιμῷ κεντούμενος. Εἶεν, ὥρα σοι βουλεύματος Λοπαδέκθαμβε, μᾶλλον δὲ μοχλοῦ καὶ καλωδίου ἀπάγξασθαι. Εἰ γὰρ καὶ ὅλην καταβαλοῦμεν τὴν κίονα τὴν τὸ πικρὸν τοῦτο ὡρολόγιον ἀνέχουσαν, ἢ τὸν γνώμονα τρέψομεν ἐκεῖσε νεύειν, οὗ τάχιον δυνήσεται τὰς ὥρας ἀποσημαίνειν, ἔσται τὸ βούλευμα Παλαμήδειον. ὡς νῦν ἐγώ σοι αὖος ὑπὸ λιμοῦ καὶ αὐχμηρός. Θεοχάρης δὲ οὐ πρότερον καταλαμβάνει τὴν στιβάδα, πρὶν αὐτῷ τὸν οἰκεῖον δραμόντα φράσαι τὴν ἕκτην ἑστάναι. Δεῖ οὖν ἡμῖν τοιούτου σκέμματος, ὃ κατασοφίσασθαι καὶ παραλογίσασθαι τὴν Θεοχάρους εὐταξίαν δυνήσεται. Τραφεὶς γὰρ ὑπὸ παιδαγωγῷ βαρεῖ καὶ ὠφρυωμένῳ οὐδὲν φρονεῖ νεώτερον, ἀλλ' οἷά τις Λάχης ἢ Ἀπολιξίας αὐστηρός ἐστι τοῖς τρόποις, καὶ οὐκ ἐπιτρέπει τῇ γαστρὶ πρὸ τῆς ὥρας ἢ ἐκείνης τοῦ πίμπλασθαι. Ἐρρῶσο.

[Codex Barberinianus nouo hic titulo incipit: Ἀλκίφρονος ῥήτορος ἐπιστολαὶ παρασίτων.] Hanc epistolam, vt alii iam indicarunt, edidit Lambecius in Prodomo Gelliano, vnde postea recusa in Gellio Gronouiano, Graece tantum. *Bergler.*

ADNOTATIO CRITICA.

Inſcr. Λοπαδεκθάμβῳ. Vulgata Λοπαδεχθάμβῳ. Reineſius in ſuo exemplari Prodromi Gelliani (quod tum, quum Berglerus Alciphronem ederet, poſſedit Boernerus Lipſ. Theologus) adſcripſit in margine: malim Λοπαδεκθάμβῳ, nempe quia ἐκθαμβὴς dicitur, vt alia. Nihil tamen mutauerim, etſi non aliunde compoſita ſit vox. *Bergler.* Ego vero ſic dare non haeſi taui. W. — Vnus ex Gloſſatt. Eichſtad. adſcripſit: *Idem mihi quoque in mentem venerat* ἀλλά μ' ἀθάρης χύτρα τις ἐξέπληττε. *Ariſtophanes Pluto* v. 673. *Forte tamen in nominibus propriis vel fictis a conſuetudine receſſum, cum* Θ. *ſit aſpirata.*

2. ἀποσκλῆναι. Clariſſ. Kueſterus, qui Ms. Bigotianum mecum benigne communicauit, in margine adnotauit, hunc locum adduci ab Euſtathio p. 1295. lin. 39. τὸ μέν τοι παρὰ Ἀλκίφρονι, ἀποσκλῆναι κινδυνεύω λιμῷ etc. *Bergler.* v. Ep. praeced.

3. ὥρα σοι. Arnaldus Miſc. Obſeruatt. T. V. p. 287. malit τοι, non enim Lopadecthambo adeo aliquid excogitandum fuiſſe, quam Trechedipno. Sed nil mutandum. Sic ſaepe redundant μοὶ, σοὶ, et hac ipſa Ep. ἐγώ σοι αὖος etc.

4. ἀπάγξασθαι. Cel. *Herelius* in Animaduerſion. crit. miſcellis ita: „Opus eſſe „dicit Trechedipnus conſilio, „quanam potiſſimum ratione „prandium accelerare patroni, „et ſtomachum latrantem pla„care queat; mox ipſe ſtro„pham facetam, ex fabula, „niſi admodum fallor, quadam „deperdita ſumtam in medium „profert. Cur nunc inter iſta „ſuspendii mentionem, quaſi „rebus deſperatis omnibus, fa„ciat? Non eſt ſermo, niſi „de euertenda columna, ho„rologium ſuſtinente, quod „confirmant ſequentia: δεῖ „οὖν ἡμῖν τοιούτου σκέμμα„τος, ὃ κατασοφίσασθαι „καὶ παραλογήσασθαι τὴν „Θεοχάρους εὐταξίαν δυ„νήσεται, iamque certus, quid „agat, apta homo noſter in„ſtrumenta, vectim reſtimque „circumſpicit. Quapropter

„procul hinc faceſſat ἀπάγ-„ξασθαι illud, a ſciolo in-„truſum, infeſto paraſitorum „auiditati, atque ideo iram „pectore conceptam, oblata „hac opportunitate, expromere „geſtiente. Eumdem virum „bonum credibile eſt ſtulte in-„terpolaſſe Ep. 7. vbi paraſi-„tus alius miſeris modis in „conuiuio ad vitae vsque pe-„riculum vexatus exclamat: „οἷα γὰρ, οἷα (πάσχει τὰ „δίκαια) λακκόπλουτοι εἰρ-„γάσαντό με. Rectiſſime „enim Berglerus vncis incluſa, „vt ſpuria et ab oſore aliquo „paraſitorum addita, reiicit, „quem adeo labem iſtam ſimi-„lem non animaduertiſſe mul-„tum miror.“ Hactenus Cl. Herelius. Ruhnkenio tamen in literis ad eumdem datis in ἀπάγξασθαι latere nomen inſtrumenti videtur. Vtri horum doctiſſim. Virorum accedam, dubius haereo, ita vtri-usque ſagacitas placet. Nec tamen omittere debeo, quod Codex Barberin. particulam negandi οὐ ante καλωδίου habeat, ex qua ſi quis extundere aliquid, quod operae pretium ſit, vel velit vel poſſit, eum profecto mecum omnes laudabunt.

5. πικρόν. Ita ſcripſiſſe Alciphronem nolim praeſtare. Quum vero Codices nil mutent, Barberinianus etiam haud aliter exhibeat, ſeruari poſſit, ſi cum Berglero vertas *moleſtiſſimum*. Haud ineptum tamen fortaſſe μιαρόν. Sic Ep. 6. μιαρὰ γαστήρ. Ep. 10. μιαρὸς ἀλεκτρυών. W.

7. ἐκεῖσε — οὖ. Ita Mss. editiones contra huius epiſtolae impreſſae [it. Cod. Barberin.] οὐ habent pro οὖ, cum maximo damno ſententiae. *Bergler.*

9. Θεοχάρης. In Prodromo Gelliano editum Θεόχαρις, ſicut et ex Vaticano [cui conſentit Barberin.] habemus. In Gellio Gronoviano Θεοχάρης, ſine dubio recte, vt mox adparet ex [αὐτῷ — τραφεὶς et] Θεοχάρους. *Bergler.*

17. ἐστὶ (poſt αὐστηρὸς) pro quo Cod. Barberin. exhibet μέν.

18. ἐκείνης. Ita recte ex Vaticano. Editiones [et Barberin.] ἐκεῖνος, nullo ſenſu. *Bergler.*

18. τοῦ πίμπλασθαι. Forte ἐμπίμπλασθαι ſine articulo, aut τοὐμπίμπλα-

σθαι, pro τὸ ἐμπίμπλα- rin. habet του sine circum-
σθαι. *Bergler.* Cod Barbe- flexo. Ego pro τινός?

COMMENTARIVS.

Inscr. Τρεχέδειπνος. Aptum Parasito nomen. Athenaeus Lib. VI. p. 242. adpellatiue Ἄλεξις τρεχεδείπνους καταλέγων φησίν; deinde locum subiicit Alexidis in quo parasiti nominatim enumerantur. Contrarium κωλυσίδειπνος, vt est apud Plutarchum Sympos. VIII. c. 6. initio, quamvis deinde quidam ibi in eumdem fere sensum torquere conetur τρεχέδειπνον. *Bergler.* Occurrit etiam apud Iuuenalem Sat. III. v. 67. vbi vide Interpretes.

1. ὁ γνώμων — σκιάζει τὴν ἕκτην. Lucianus in Lexiphane §. 4. T. V. Bip. p. 182. καὶ γὰρ ὁ γνώμων σκιάζει μέσην τὴν πόλον. *Gnomon medium horologium inumbrat.* Eadem hora, tempus ineundi conuiuii. *Bergler.*

2. εἶεν. Moeris p. 138. Εἶεν. Ἀττικῶς. Ἄγε δή. Ἑλληνικῶς. cf. Timaeum et ibi Ruhnkenium p. 94. et Phalar. Ep. 2. p. 6. Lennep.

5. κίονα. Columnis imposita fuisse solaria, ex hoc Nostri loco probat Martini (*von den Sonneuhren der Alten.* S. 53. 61. 123.)

8. Βούλευμα Παλαμήδειον. Prouerbialiter. Eupolis Comicus apud Athenaeum p. 17. Παλαμηδικόν γε τοῦτο τοὐξεύρημα καὶ σοφόν. Sic Aristophanes, huius in multis imitator, prouerbialiter Palamedem vocat eum, qui sapienter quiddam excogitauerat, in Ranis v. 1499. Εὖ γ' ὦ Παλάμηδες, ὦ σωφοτάτη φύσις, quemadmodum alias Thaletis nomen solet vsurpari. Sed aptissimum est Palamedis nomen, quod etiam ex etymologia talem significat, qualis ipse fuit. Nam cum esset sapientissimus et ingeniosissimus Heroum, *inuentor* exstitit multarum rerum ad vitae commoditatem et iucunditatem. De eius inuentis praecipue videndus scholiastes Euripidis ad Orestem v. 416. vbi de eius fratre Oeace.

In illis numerantur astrologia et mensurae; quidam et tempora ab illo inuenta dixerunt, referente Eustathio p. 228. lin. 1. vbi cum fine dubio temporis mensura et diuisio intelligi debeat, eoque et horae pertineant, lepide sane Palamedeum consilium hic vocaretur, quo horae non ordinantur, sed turbantur, si Palamedes etiam horologia excogitauit. Sed illa temporum inuentio perperam ibi, vt puto, colligitur. Scribit inter alia, post talorum et aleae mentionem: τῆς δὲ τοιαύτης ἐπινοίας τοῦ Παλαμήδους, καὶ τῆς εὑρήσεως τοῦ χρόνου, ἣν καὶ αὐτὴν ἐκεῖνος ἐσοφίσατο, μάρτυρα παράγουσι Σοφοκλῆν. Deinde adfert eius quatuor versus, in quibus et haec: — χρόνου τε διατριβὰς σωφοτάτας Ἐφεῦρε — quae illam χρόνου εὕρεσιν debent significare, quod nulla ratione fieri potest; nam χρόνου διατριβὴ nihil aliud est, nisi in quo vel per quod tempus teritur et transmittitur, ne longum videatur, cum aliquid agitur temporis fallendi gratia, vt fit in eiusmodi ludicris. *Bergler.*

9. αὖος ὑπὸ λιμοῦ καὶ αὐχμηρός. αὖην καὶ ξηρὰν ὕλην iungit Plato de Legibus VI. T. VIII. Bip. p. 270. ὠχρὸς καὶ αὐχμηρὸς Lucianus in Cataplo §. 17. T. III. Bip. p. 197. λιμῶδες καὶ αὐχμηρὸν ipse Noster Lib. I. Ep. 25.

11. οἰκεῖον pro οἰκέτην. Gloss. Eichst.

13. παραλογίσασθαι. h. l. facere, vt aberret in computando tempore.

Epistola V.

Ἐκτοδιώκτης Μανδιλοκολάπτῃ.

Χθὲς δείλης ὀψίας Γοργίας ὁ Ἐτεοβουδάτης συμβαλών μοι κατὰ τύχην χρηστῶς ἠσπάσατο καὶ κατεμέμφετο, ὅτι μὴ θαμίζοιμι παρ' αὐτόν. Καὶ μικρὰ προσπαίξας, Ἴθι, πρὸς Διός, εἶπεν, ὦ βέλτιστε, καὶ μετὰ βραχὺ λουσάμενος ἧκε, Ἀνδόνιον ἡμῖν τὴν ἑταίραν ἄγων· ἔστι δέ μοι συνήθης ἐπιεικῶς, καὶ μένει πάντως, ὡς οὐκ ἀγνοεῖς, μικρὸν ἄποθεν τοῦ λεωκορίου. Δεῖπνον δὲ ἡμῖν ἠὐτρέπισται γεννικὸν, ἰχθύες τεμαχίται, καὶ σταμνία τοῦ Μενδησίου, νέκταρος εἴποι τις ἄν, πεπλυρωμένα. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα εἰπὼν ᾤχετο· ἐγὼ δὲ παρὰ τὴν Ἀνδόνιον δραμὼν, καὶ Φράσας, παρ' ὅτου καλεῖτο, ἐδέησα κινδύνῳ περιπεσεῖν· ἀγνώμονος γὰρ, ὡς ἔοικε, πειραθεῖσα τοῦ Γοργίου, καὶ μικροπρεποῦς πρὸς τὰς ἀντιδόσεις, τὴν ὀργὴν ἔναυλον ἐγκειμένην ἔχουσα, πλήρη τὴν κακάβην ἀνασπάσασα τῶν χυτροπόδων, ἐδέησέ μου κατὰ τοῦ βρέχματος καταχέοντος τοῦ ὕδατος, εἰ μὴ Φθάσας ἀπεπήδησα, παρὰ βραχὺ Φυγὼν τὸν κίνδυνον. Οὕτως ἡμεῖς ἐλπίσιν ἀπατηλαῖς βουκολούμενοι πλείους τῶν ἡδονῶν τοὺς προπηλακισμοὺς ὑπομένομεν.

ADNOTATIO CRITICA.

Ἐκτοδιώκτης, Cod. Barberin. Ἐκδοδιώκτης.

Μανδιλοκολάπτῃ. Vnus e Glossatt. Eichst. Μανδαλιο-

κολάπτῃ vel Μαντιλοκλέπτῃ; alter Μαινιδοκολάπτῃ, vel Σκανδικοκολάπτῃ, vterque tamen lituram fecit.

2. χρηστῶς. Cod. Barberin. χρηστῷ. male.

4. ἴΘι. Idem liber ἦΘη. et hoc praue.

5. ἦκε. In MStis noſtris [vti in Barberin.] eſt ἦκεν cum ν ἐφελκυστικῷ ob ſequentem vocalem. Male omnino, quum ſententia non niſi *Imperatiuum* admittat, cui non ſolet ν ſubiungi. *Bergler.*

7. πάντως. Gloſſ. Eichſt. μένει, ὥς που καὶ αὐτὸς οὐκ ἀγνοεῖς, aut ſaltem ὡς πάντως οὐκ ἀγνοεῖς.

8. λεωκορίου. Vulgata νεωκορίου. [Barberin. νεΟκορίου]. Leocorion locus eſt Athénis, non ignotus. *Bergler.* v. Commentarium.

8. δεῖπνον δέ. Hoc δὲ inſerui ex Cod. Barberin. quod melius adeſt. Idem habet ηὐτρέπιστο pro ηὐτρέπισται.

9. τεμαχίται. Vulgata τεμμαχίται. Arnaldus in Miſc. Obſeru. T. V. p. 287. rectius cum etymologicis ſcriptoribus ſcribi obſeruat τεμαχίται, eſſe enim a τέμνειν. v. etiam Interpretes ad Thom. Mag. p. 839.

10. Μενδησίου. Berglerus haec adnotat: Μενδήσιος eſt a Μένδης, Aegypti vrbe. Sed quamuis Hellanicus apud Athenaeum Lib. I. extremo in Aegypti vrbe Plinthina dicat primo inuentam fuiſſe vitem, et, propter Oſirim Aegyptiorum Deum, quem Bacchum plerique putant, veriſimile videatur in Aegypto primum inuentam, negat tamen Herodotus Lib. II. c. 77. in Aegypto dari vitem, et Lib. III. c. 6. ex Graecia et Phoenicia illuc vinum importari dicit. Quare potius hic *Mendaeum* vinum intellexerim, cuius apud Athenaeum Lib. I. p. 29. Cratinus et Hermippus meminere, nec non Menander apud eumdem Lib. VIII. p. 364. nempe a Mende Thraciae vrbe. Stephanus Byz. Μένδη, πόλις Θράκης. τὸ ἐθνικὸν Μενδαῖος οἶνος. Interim tamen Iulio Polluci Lib. XXVII. Segm. 15. p. 573. tamquam diuerſa vina commemorantur Μενδαῖος, Μενδήσιος. Hactenus *Berglerus.*

Etſi vero Herodotus vitem in Aegypto naſci ſine cauſſa negauerit, (vide quos laudat

Maius in Hist. de la Rep. des lettres T. XI. p. 147. et ad illum Herodoti locum Wesselingius, et ad Xenoph. Ephes. Tib. Hemsterhusius Misc. Obseruatt. Vol. VI. p. 295.) tamen, quum σταμνία vasorum, quibus Thraciae vina conderentur, propria fuisse videantur ex eo, quod Hesychius v. σταμνίον, vbi praeter Thasium etiam Mendaei mentio fit, attulit, parum aberat, quin Berglero accederem. Quamquam vero in hoc aliquid nouare religioni duxi, aliam tamen loco opem ferre non dubitaui, qua nitorem ei nativum restitui posse putarem. Praeeunte igitur Cod. Barberin. post Μενδησίου. inciſum posui, quo fit, vt verba εἴποι τις ἄν, quae in vulgata interpunctione non satis recte posita viderentur, nunc optime quadrent. Εἴποις ἄν. eodem sensu v. infra Ep. 10.

13. περιπεσεῖν. Pro quo solus Lambecianus habet περιβαλεῖν. — ibid. πειραθεῖσα. Bigotianus παραθεῖσα. male. *Bergler.*

15. ἔναυλον ἐγκειμένην. Posteriorem vocem nil nisi explicationem prioris esse, iam antea suspicatus eram, quam Arnaldum Misc. Obseru. T. V. p. 287. liceret inspicere. At vero eidem deinde aliud magis adrisit commentum: vtrumque vocabulum seruandum censet, sed pro priori ἔναυλον leui mutatione legendum ἄνουλον (ab οὐλή, cicatrix) *adapertum vlcus*, quod *cicatricem non traxerit*. Quum vero parasitus meretricis ὀργὴν ἄνουλον adpellet, indicare eius iram nondum deferbuisse, sed altum vulnus animo, adolescentis auaritia exulcerato, inhaerere. Sed ista emendatio iis adnumeranda esse videtur, quae inde oriri solent, si quando vox quaedam, rarior praesertim, ex recenti lectione animo obuersetur, quam igitur primo cuique loco, in quo similitudo quaedam est, adaptare solemus. Rectius igitur h. l. Glossema statuendum sit, quod et vni e Gloss. Eichst. placet, alteri non item, ad Hesychium prouocanti. Ceterum de voce ἔναυλος v. Thomam Mag. et eius interpretes. Ruhnkenium ad Timaeum p. 100. ed. poster. et Wernsdorfium ad Himerium p. 186.

18. εἰ μὴ φθάσας — κίνδυνον. Bigotianus: παρὰ

βραχὺ et φυγὼν non habet, truncata non tam sententia, quam elegantissima phrasi, quae et in Vaticano violatur praua distinctione, sic: εἰ μὴ φθάσας ἀπεπήδησα παρὰ βραχὺ, φυγὼν τὸν κίνδυνον. *Bergler.*

COMMENTARIVS.

1. Ἐτεοβουτάδης. Nobilis familia Athenis Ἐτεοβουδάται. Harpocratio. Suidas. Vide et Meursium de populis Atticae in Βούτεια. Βουτάδαι. *Bergler.*

2. συμβαλών μοι — κατεμέμφετο. Aristophanes in Auibus v. 136. ὅπου ξυναντῶν μοι ταδί τις μέμψεται. *Bergler.*

2. ἠσπάσατο, καὶ κατεμέμφετο, ὅτι μὴ θαμίζοιμι. Plato de Rep. Lib. I. sub initium: εὐθὺς οὖν με ἰδὼν ὁ Κέφαλος ἠσπάζετό τε καὶ εἶπεν· ὦ Σώκατες, οὐδὲ θαμίζεις ἡμῖν καταβαίνων εἰς τὸν Πειραιᾶ· χρῆν μέν τοι. *Bergler.*

4. ἴθι πρὸς Διὸς — καὶ μετὰ βραχὺ λουσάμενος ἥκε. Aristophanes in Auibus v. 129. πρὸς τοῦ Διὸς τοὐλυμπίου Ὅπως παρέσῃ μοι καὶ σὺ καὶ τὰ παιδία, Λουσάμενα πρῴ. Inuitatio ad coenam. *Bergler.*

5. λουσάμενος ἥκε. Aristophanes in Lysistrata v. 1064. vbi itidem inuitatio ad coenam; ἥκετ' οὖν εἰς ἐμοῦ τήμερον. πρωὶ δὲ χρὴ τοῦτο δρᾶν λελουμένους αὐτοὺς καὶ τὰ παιδία. *Bergler.*

6. συνήθης ἐπιεικῶς. Idem est infra Ep. 70. W.

8. λεωκορίου. Hesychius: τῶν Λεὼ θυγατέρων μνημεῖον, τὸ καλούμενον Λεωκόριον, ἐν μέσῳ τῷ Κεραμεικῷ. Photii Lex. Ms. Λεωκόριον. ἱερὸν Ἀθήνησι. τοῦ δὲ Λεὼ θυγατέρες ἐγένοντο τρεῖς, Φασιθέα, Θεόπη, Εὐβούλη, αἱ παρθένοι ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐσφαγιάσθησαν κατὰ χρόνον ἑκόντος τοῦ πατρὸς ἐπιδόντος. ὁ δὲ Λεὼς υἱὸς ἦν Ὀρφέως, ἢ ἐπώνυμος καὶ ἡ Λεοντὶς φυλή. W.

9. γεννικόν. Sic recte non γενικόν. Hesychius: γεννικῶς. ἰσχυρῶς, γενναίως. W.

13. ἐδέησα κινδύνῳ περιπεσεῖν. Notandus verbi ἐδέησα talis vsus. Alias frequens μικροῦ, ὀλίγου, et μικρὸν, ὀλίγον ἐδέησα. *Bergler.*

16. κακάβην. Moeris p. 206. Κακκάβη. Ἀττικῶς. Κάκκαβος. Ἑλληνικῶς. cf. et Eustathium p. 1390. et Gesnerum Thes. v. Cacabus. W.

21. προπηλακισμός. Est apud Phalaridem Ep. 68. Saepius occurrit apud Dionem Cassium. v. Ind. Reimari. Vnde dictum, vide apud Valkenarium Animadu. ad Ammonium p. 44. W.

Epistola VI.

Ἀρτεπίθυμος Κνισοζώμῳ.

Ἀγχόνης μοι δεῖ, καὶ ὄψει με οὐ μετὰ μακρὸν ἐν βρόχῳ τὸν τράχηλον ἔχοντα. οὔτε γὰρ ῥαπίσματα οἷός τε εἰμὶ φέρειν, καὶ τὴν ἄλλην παροινίαν τῶν κάκιστα ἀπολουμένων ἐρανιστῶν, οὔτε τῆς μιαρᾶς καὶ ἀδδηφάγου γαστρὸς κρατεῖν· ἡ μὲν γὰρ αἰτεῖ, καὶ οὐ πρὸς κόρον μόνον, ἀλλ' εἰς τρυφήν· τὸ πρόσωπον δὲ τὰς ἐπαλλήλους πληγὰς οὐκ ἀνέχεται, καὶ κινδυνεύω τοῖν ὀφθαλμοῖν τὸν ἕτερον συσταλῆναι ὑπὸ τῶν ῥαπισμάτων ἐνοχλούμενος. Ἰοὺ, ἰοὺ τῶν κακῶν, οἷα ὑπομένειν ἡμᾶς ἀναγκάζει ἡ παμφάγος αὕτη καὶ παμβορωτάτη γαστήρ. Ἔκρινα οὖν πολυτελοῦς τραπέζης ἀπολαύσας ἀποπτύσαι τὸ ζῆν, ὀδυνηροῦ βίου κρείττω τὸν καθ' ἡδονὴν θάνατον ἡγησάμενος.

ADNOTATIO CRITICA.

Ἀρτεπίθυμος. Ita ex Vaticano [et Barberin.] Bigotianus Ἀρτεμίδωρος, nimis ſerium nomen pro Paraſito. Vulgatum eſt ioculare, qualia ceterorum omnium apud Noſtrum. *Bergler.*

Κνισοζώμω. Gloſſ. Eichſtad. Κνισσόζω. Κνισσόζος, id eſt, ὀσφραντὴς τῆς κνίσσης. Argute!

1. οὐ μετὰ μακρόν. Berglerus ediderat: οὐ μετὰ μικρὸν, vncis tamen τῷ οὐ incluſo. Cod. Barberin. illud οὐ et μικρὸν etiam exhibet. Quum autem veriſimilius ſit, literulam vnam mutatam, quam voculam eiectam eſſe, malui accedere *Irmiſco*, qui in Corollariis Diſſ. ſaepius laudatae adnexis legi iubet μακρὸν, vel μακρὰν, quorum prius placet etiam *Medebachio* Amoenit. literar. p. 24. et Gloſſ. Eichſtad. cf. et Doruilium ad Chariton. p. 419. Saepius ita Noſter v. infra Ep. 15. vbi v. Berglerum et Ep. 49. — Cenſor tamen Medebachii in Biblioth. philol. Goettingenſi (Mutzenbecheriana) Vol. I. P. 3. p. 67. monet, μετὰ μικρὸν hoc ſenſu ſibi non occurriſſe, et apud Alciphronem eſt vbique εἰς.

4. ἀπουλουμένων. Haec eſt marginalis ſcriptura ex Vaticano, ſine dubio ex meliori Codice excerpta, vt alia in eodem marginalia et interlinearia. In contextu eſt ἀπολλυμένων, ſicut et in Caeſ. Lambecii ac Bigotiano [Barberin. ἀπολλυνομένων] Notum autem in hac imprecationis formula non in *praeſenti* hoc verbum, ſed in *futuro* vſurpari. *Bergler*, quem et vide ad Lib. I. Ep. 37.

6. τρυφήν. Cod. Barberin τροφήν. male.

8. τὸν ἕτερον. Idem liber ἑτέροιν, et hoc vitioſe.

9. συσταλῆναι. Gloſſ. Eichſtad. συσκλῆναι. ſine dubio melius vulgato.

13. κρείττω. Cod. Barberin. κρείττονα.

COMMENTARIVS.

1. Ἀγχόνης μοι δεῖ. Pierſonus Veriſimil. p. 140. ex Euripidis Fragmentis adfert: Δεῖν δ' ἀγχονῶν τε καὶ πέτρων ἑίπτειν ἄπο, nec oblitus eſt huius noſtri loci, in quo tamen μετὰ μικρὸν cum Berglero retinet.

3. οὔτε γὰρ τὰ ῥαπίσματα οἷός τε εἰμὶ φέρειν. Apud Terentium in Eunucho Act. II. Sc. 2. qui Paraſitum ſe negat agere poſſe: *At ego infelix neque ridiculus eſſe, neque plagas pati poſſum.* Sane tales ſunt inepti ad artem paraſiticam. Plautus in Captiuis Act. I. Sc. 1. v. 20. *Niſi qui colaphos perpeti poteſt paraſitus, frangique ollas in caput, ille vel mendicatum eat.* Nam veri Paraſiti *plagipatidae* ſunt, et *duri Capitones* apud eumdem, et *incudes*; vt ille Ariſtophontis Comici paraſitus ὑπομένειν πληγὰς, ἄκμων, καὶ κονδύλους, *ad tolerandas plagas et pugnos incus*, apud Athenaeum Lib. VI. p. 238. *Bergler.*

3. παροινίαν. Petulantia ex nimio vini vſu orta, deinde, vt recte obſeruat Lennepius ad Phalar. p. 45. apud citerioris aetatis ſcriptores ſaepe perinde atque ὕβρις. Eſt apud Noſtrum infra Ep. 46. 51. 71. — Παροινεῖν habet Dionyſ. Halicarn. de admiranda vi dicendi in Demoſthene T. VI. Reisk. p. 987 et 989. v. et Interpretes ad Thomam Mag. p. 639.

4. ἐρανιστῶν, qui de ſymbolis coenant. *Bergler.* v. Caſaub. ad Theophr. p. 168. et Cel. Wolfium ad Platon. Sympoſ. p. 17.

4. τῆς μιαρᾶς καὶ ἀδδηφάγου γαστρός. Ventri maledicere ab Homero didicerunt, vt alia pleraque ſiue ſeria ſiue iocoſa. Odyſſ. P. v. 470. cum Antinous, vnus procorum, in conuiuio Vlyſſem adhuc ignotum et mendicum iactu ſcabelli percuſſiſſet, iſte indignabundus dicit:

Οὐ μὰν οὐδ' ἄχος ἐστὶ μετὰ φρεσὶν, οὐδέ τι πένθος,
Ὁππότ' ἀνὴρ περὶ οἷσι μαχειόμενος κτεάτεσσι
Βλήεται, ἢ περὶ βουσὶν, ἢ ἀργεννῇσ' ὀίεσσιν·

Αὐτὰρ ἔμ' Ἀντίνοος βάλε γάστερος ἕνεκα λυγρῆς,
Οὐλομένης, ἣ πολλὰ κακ' ἀνθρώποισι δίδωσι.

et Odyſſ. Σ. v. 52. vbi idem Vlyſſes cum Iro depugnaturus, quamuis in praemium victoriae propoſito ventriculo, ſanguine et aruina farcto, atque iam feruente, tergiuerſatur.

Ὦ φίλοι, οὔπως ἐστὶ νεωτέρῳ ἀνδρὶ μάχεσθαι
Ἄνδρα γέροντα δύῃ ἀρήμενον· ἀλλὰ μὲ γαστὴρ
Ὀτρύνει κακοεργὸς, ἵνα πληγῇσι δαμείω.

Hinc Diphilus Comicus in Paraſito inter alia conuitia τὴν γαστέρα dicit θεοῖς ἐχθρὰν, apud Athenaeum Lib. X. p. 422. et Alexis Comicus ibidem ſatis facete, *Si quis demat homini ventrem, nullas iniurias, nullas ignominias ei amplius obventuras. Bergler.* Ἀδδηφαγεῖν eſt etiam apud Noſtrum Lib. I. Ep. 21.

5. ἡ μὲν γὰρ αἰτεῖ. Odyſſ. H. v. 216. Vlyſſes:

Οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο
Ἔπλετο. ἥτ' ἐκέλευσεν ἔο μνήσασθαι ἀνάγκῃ.

mox v. 219.

— — ἡ δὲ μάλ' αἰεὶ
Ἐσθέμεναι κέλεται καὶ πίνεμεν· ἐκ δέ με πάντων
Ληθάνει, ὅσσ' ἔπαθον, καὶ ἐνιπλήσασθαι ἀνώγει.

Bergler.

Epistola VII.

Ἑτοιμόκορος Ζωμεκπνέοντι.

Ἰαταταιάξ, τίς ἦν ἡ χθὲς ἡμέρα, ἢ τίς δαίμων, ἢ θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐρρύσατό με ἀκαρῆ μέλλοντα παρὰ τοὺς πλείονας ἰέναι. Εἰ μὴ γὰρ ἀναζεύξαντά με τοῦ συμποσίου κατά τινα ἀγαθὴν τύχην Ἀκεσίλαος ὁ ἰατρὸς ἡμιθνῆτα, μᾶλλον δὲ αὐτονεκρὸν θεασάμενος, ἕνα τῶν κάτω, μαθηταῖς ἐπιτάττων Φοράδην ἀνελὼν, ἤγαγεν ὡς ἑαυτὸν οἴκαδε, καὶ ἀπερᾶν ἀπηνάγκασεν, ἔπειτα διατεμὼν Φλέβα, ῥυῆναι τὸ πολὺ τοῦ αἵματος ἐποίησεν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσεν ἀνεπαισθήτῳ με τῷ θανάτῳ διαφθαρέντα ἀπολωλέναι. Οἷα γὰρ, οἷα (πάσχει τὰ δίκαια) λαικόπλουτοι εἰργάσαντό με, ἄλλος ἄλλοθεν περιττὰ πίνειν, καὶ πλείονα ἢ κατὰ τὸ κῦτος τῆς γαστρὸς ἐσθίειν ἀναγκάζοντες. Ὁ μὲν γὰρ ἀλλᾶντα ἐνέσαττεν, ὁ δὲ κόπαιον εὐμέγεθες παρώθει ταῖς γναθοις, ὁ δὲ κρᾶμα, οὐκ οἶνον, ἀλλὰ νάπυ καὶ γάρον καὶ ὄξος ἐργασάμενος, καθάπερ εἰς πίθον ἐνέχει. ἄτινα, λέβητας, πιθάκνας, ἀμίδας ἐμιμεκῶς ἀπεπλήρωσα· ὥστε αὐτὸν τὸν Ἀκεσίλαον θαυμάζειν, ποῦ καὶ τίνα τρόπον ἐχώρησε τοσοῦτος ὁ τῶν βρωμάτων Φορυτός. Ἀλλ' ἐπειδὴ θεοὶ σωτῆρες καὶ ἀλεξίκακοι προὔπτου με κινδύνου φανερῶς ἐξείλοντο, ἐπ' ἐργασίαν τρέψομαι, καὶ Πειραιεῖ βαδιοῦμαι τὰ ἐκ τῶν νεῶν Φορτία ἐπὶ τὰς ἀποθήκας μισθοῦ μετατιθείς. Ἄμεινον γὰρ

ἐπὶ θύμοις καὶ ἀλφίτοις διαβόσκειν τὴν γαστέρα, ὁμολογουμένην ἔχοντα τὴν τοῦ ζῆν ἀσφάλειαν, ἢ πεμμάτων ἀπολαύοντα καὶ Φασιανῶν ὀρνίθων, τὸν ἄδηλον ὁσημέραι θάνατον ἀπεκδέχεσθαι.

ADNOTATIO CRITICA.

Ζωμεκπνέοντι. Cod. Barberin. Ζωμοεκπνέοντι.

1. Ἰαταταιάξ. rectius fortasse Ἰαταττιάξ. vide Thomam Magistrum p. 463. s. et ibi Interpretes. Hesychius Ἰαταιὰξ (mendose) exponit per φεῦ.

2. ἐῤῥύσατο. Cod. Barberin. vno ῥ. ἐρύσατο.

2. ἀκαρῆ. Gloss. Eichstad. mauult ἀκαρεί.

5. αὐτονεκρόν. Barberin. αὐτὸν νεκρόν.

6. ἕνα τῶν κάτω. Vt haec cohaereant, post θεασάμενος inserendum καὶ, aut, quod malo, nouissima ἕνα τῶν κάτω, vtpote quae e margine in textum videntur irrupisse, eradenda sunt. Sic *Arnaldus* Misc. Obseru. T. V. p. 288. — Ego vero τὸν ἕνα τῶν κάτω h. l. nolim expungi, quum in narrandis periculis verbosiores esse soleamus.

6. μαθηταῖς ἐπιτάττων φορᾶδην ἀνελῶν ἤγαγεν. Ita omnes tres Msti. Mihi tamen locus non videtur sanus. Puto, τοῖς μαθηταῖς ἐπΕτατΤΕν ἀνελΕΙν, ΚΑΙ φορᾶδην ἤγαγεν, vt verti. *Bergler.* Arnaldus Misc. Obseruatt. T. V. p. 288. hanc a Berglero adlatam medicinam non reiicit, sed leuiori cum mutatione sententiam restitui posse existimat, si solum ἀνελῶν mutes in ἀνελεῖν, hoc sensu: *A discipulis iussu suo sublatum domum suam deduxit.* Vulgatam tamen tuetur Reitzius ad Luciani Toxarin T. VI. Bip. p. 425. vbi, qui Berglerum, Arnaldumque vel maxime videtur offendisse, plurium Participiorum sine copula concursus, pluribus, Alciphronisque ipsius exemplis (I, 4. παθοῦσα — ἀπολιποῦσα. III, 43. ξυράμενοι — λουσάμενοι — ἀφέντες) defenditur.

11. πάσχει τὰ δίκαια. Quae hic tamquam seperanda a ceteris notaui, ex margine esse arbitror, addita ab aliquo ofore parasitorum, qui iudicauerit *digna pati* edaciſſimum hominem. Videtur autem et hic deesse articulus ante λακκόπλουτοι, propter antecedens οἷα omissum. (v. supra Cel. Herelium ad Ep. 4.) Vnus ex Gloss. Eichstad. adscripsit: οἷα πάσχειν οἱ Νικίαι, οἱ λακκόπλουτοι. Felicius εὐστοχώτατος Fr. Iacobs in Exercitatt. criticis in scriptores veteres (1796.) p. 11. cui corrigendum fortasse videtur: οἷα γὰρ, οἷα κοὐκ ἀνάσχετα κακὰ οἱ λακκόπλουτοι εἰργάσαντό με, quae fortasse deriuauerit auctor ex Xenarcho apud Athenaeum Lib. XIII. p. 569. A. —— δεινὰ, δεινὰ, κοὐκ ἀνάσχετα Ἐν τῇ πόλει πράττουσιν οἱ νεώτεροι. Euripides in Ione v. 636. κεῖνο δ' οὐκ ἀνάσχετον.

12. ἄλλοθεν. Cod. Barberin. ἄλλοτε.

14. ἀλλᾶντα. Idem liber ἀλᾶντα. vitiose.

15. κόπαιον. Ita Msti omnes, vnus κοπαῖον. Philoxeni glossae: κόπεον, *frustum*. Aliquis putasset κόπανον legendum. Considerandum, an similiter ἄρτος τρισκοπάνιστος, et τετράτρυφος, ἑκτάβλωμος. *Bergler.* Gloss. Eichstad. πόπανον.

17. ἐργασάμενος. Bigotianus minus recte ἐργαζόμενος. *Bergler.*

18. πιθάκνας. Lucianus in Timone §. 45. T. I. Bip. p. 114. vbi itidem de parasito: πίθους ὅλους παρ' ἐμοὶ πολλάκις ἐμημεκώς. Ceterum Cod. Barberin. habet πιθάκια, vti et apud Nostrum infra Ep. 15. vbi v. Bergleri notam. Vulgata tamen etiam recte habet. v. Hesychium et eius interpretes.

20. ἐχώρησε — Φορυτός. Ita omnes tres Msti, [et Barberin.] sine dubio omnes ex Codice aliquo male interpolato. Ego verti, quasi esset: τίνα τρόπον ἐχώρησΑ τοσοῦτον βρωμάτων ΦορυτόN, *quomodo capere potuerim tantam ciborum colluuiem*, nec aliter legendum esse censeo. *Bergler.* —— Arnaldus Misc. Obs. T. V. p. 288. breuius iusto defungitur, qui tantum Acesilai medici stuporem Alciphronis esse putat, reliqua aliquem para-

siti ingluuiem miratum adscripsisse, insipida enim, praesertim illud ποῦ καὶ τίνα τρόπον esse, et caudam trahere. Non credo. An, quod ego posui, τοσοῦτος — φυρτὸς locum habere possit, videant alii.

24. Πειραιεῖ. Gloss. Eichstad. Πειραιάδε. Sine dubio rectius.

25. μετατιθείς. Cod. Barberin. μεταθείς.

26. ἐπὶ θύμοις. Mss. coniunctim [etiam Barberin.] ἐπιθύμοις. Male. Ἐπὶ hic, vt in sacra scriptura [Matth. IV. 4. ad quem locum Rhoerius in Feriis Dauentr. p. 86. Bergleruum, laudatum tamen, exscripsit.] οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, cui simile apud Platonem: οὐκ ἂν αὖ δοκεῖς μοι, ἐθέλειν ἐπὶ τούτοις μόνοις ζῆν, in Alcibiade I. sub initium. Synesius Ep. 148. ἀριστῶμεν ἐπ' ἀλφίτοις. Thymo autem vesci solitos Athenienses tenuiores adparet vel ex Aristophanis Pluto v. 253. [vbi Cod. Dorvil. tale praebet huius vocis interpretamentum: Ἀγριοκρόμμυον, ᾧ χρῶνται οἱ πένητες δι' ἄκραν ἀπορίαν. cf. v. 628.] *Bergler.*

26. ἄδηλον. Cod. Barberin. ἄξιον. haud recte, nam ἤδηλον oppositum antecedenti ὁμολογουμένην.

COMMENTARIVS.

3. παρὰ τοὺς πλείονας ἰέναι. ad plures abire, mori. v. inprimis Kuesterum ad Aristophanis Eccles. v. 1065. W.

5. ἡμιθνῆτα. ἡμιθυὴς inueni etiam apud Dionys. Halicarn. Lib. III, 20. IV, 4. ἡμιθανεῖς, VI, 93. — νεοθνὴς est ap. Platonem. v. Timaeum h. v. W.

7. Φοράδην. Hesychius: ὁ φερόμενος βασταγμῷ. Lucian. Gallo T. VIII. Bip. p. 303. φοράδην ὑπὸ τεττάρων κεκομισμένος. W.

8. ἀπερᾶν. Verbum probum, sed Lexicographis ignotum. *Bergler.* ἀπεμεῖν frequentius.

12. λακκόπλουτοι. cf. quae supra ad Lib. I. Ep. 9. adnotata sunt.

13. κῦτος τῆς γαστρός. Thomas Mag. κύτος. αὐτὴ ἡ κοιλότης καὶ διαχώρησις τοῦ δέ τινος σκεύους. Bernardus ibi ex Aretaeo Capp. p. 50. adfert κοιλίης κοῖτος.

14. ἀλλᾶντα. Sic cui volupe sit farcimine vesci, ad morem veterum confecto, is adeat Scholiasten ad Aristoph. Equites v. 363. W.

22. προὔπτου κινδύνου. Προὔπτος Attica crasi pro πρόοπτος, i. e. προφανής. v. Piersonum ad Moer. p. 330. qui vsum vocis comprobat ex Sophoclis Oed. Colon. v. 1503. Aeschyli Septem Theb. v. 854. Aristophanis ap. Athenaeum Lib. XIII. p. 559. Phoenicidis ap. Stobaeum Flor. Grot. p. 45. W.

27. ὁμολογουμένην. cf. infra Ep. 16. in fine, et fere eadem, quae hic, et iisdem verbis inuenies. W.

Epistola VIII.

Οἰνοπήκτης Κοτυλοβροχθίσῳ.

Ἴθι λαβὼν τὴν σύριγγα καὶ τὰ κύμβαλα ἧκε περὶ πρώτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὸν χρυσοῦν στενωπὸν τὸν ἐπὶ τὴν ἄγνον, ἔνθα συμβαλεῖν ἡμῖν ἀλλήλοις ἔξεσται· καὶ τὸ ἐντεῦθεν. ἀπὸ Σκίρου λαβοῦσι Κλυμένην τὴν ἑταῖραν ἄγειν παρὰ τὸν νεόπλουτον, τὸν Θριππίδην τὸν Αἰξωνέα. Διακαῶς δὲ αὐτῆς οὗτος ἐρᾷ, πολὺς ἐξ οὗ χρόνος, καὶ δαπανᾶται οὐκ ὀλίγα μάτην. Ἠσθημένη γὰρ τὸν ἔρωτα ἐκπεκαυμένον τοῦ μειρακίου, θρύπτεται καὶ συνεχῶς ἀκκίζεται· καὶ πλείονα ἐπὶ πλείοσιν ἀποφερομένη, οὔ φησιν ἑαυτὴν ἐπιδώσειν, εἰ μὴ

τὸ χωρίον πρὸς τοῖς ἀργυρίοις λάβοι. Ὥρα οὖν καὶ βίᾳ. ταύτην, εἰ συνήθως ἀντιτείνοιτο ἡμῖν, ἀποσπᾶν. δύω δὲ ὄντε καὶ ἐρρωμένω, τάχιστα αὐτὴν ἀτάξαιμεν. Θηριππίδης δὲ εἰ τοῦτο αἴσθοιτο, καὶ τοὔργον ἐπιγνοίη τῆς ἡμετέρας ἀγρυπνίας κατόρθωμα, λψόμεθα χρυσοῦς τοῦ νέου σκέμματος οὐκ ὀλίγους, καὶ λαμπρὰν ἐσθῆτα, καὶ προσέτι τὴν οἰκίαν εἰσιέναι ἐπ' ἀδείας ἔξομεν, καὶ τὸ χρῆσθαι τολοιπὸν ἀνεπικωλύτως. Τάχα δὲ οὐδὲ παρασίτους ἡμᾶς, ἀλλὰ Φίλους ἡγήσεται. οἱ γὰρ παράκλησιν εἰς εὐποιΐαν μὴ ἀναμείναντες, οὐκέτι κόλακες, ἀλλὰ Φίλοι λογίζονται.

ADNOTATIO CRITICA.

Οἰνοπήκτης. Gloss. Eichst. οἰνοπλήκτης.

3. ἐπὶ τὸν χρυσοῦν στενωπὸν ἐπὶ τὴν ἄγνον. Ex Vaticano ἐπὶ τὸν χρυσοῦν στεφίωπον, ἐπὶ τὸν ἀγρόν. Ex Bigotiano: ἐπὶ τ. χ. στεφίωπον ἐπὶ τὸν ἀγνόν. Ex Caes. Lambecii: ἐπὶ τὸν χ. στεφίωπον ἐπὶ τὸν ἀγνόν. [quem sequitur Barberin.] Supra Lib. I. Ep. 39. circa finem editiones, κατὰ τὸν χρυσοῦν στενωπὸν ὡς ἐπὶ τὴν ἄγνον κατιόντι, quod et hic sequor. *Bergler.* Gloss. Eichstad. post στενωπὸν inferi suadet τόν. Recte.

5. τὴν ἑταῖραν. Cod. Barberin. male ἑτέραν. nec melius quod statim sequitur παρὰ in περὶ commutauit.

6. Αἰξωνέα. Bigotianus Ἀξονέα male. [Barberin. Αἰξονέα.] Non ignoti Αἰξωνεῖς Athenis δημόται. *Bergler.*

7. ἐρᾷ. Finitur his haec epistola in Bigotiano, in Caes. Lambecii adhuc adhaeret ἐξ οὗ [adhaeret etiam in Barberin. nihil tamen amplius.] In Vaticano nihil deest. *Bergler.*

17. τοῦ νέου κτέμματος. Adridet, quod Maius in Hist. de la Rep. des lettres T. XI. p. 148. post eum Reiskius Miscell. Lipsi. nou. T. V. p. 728. nuperrime Cel. Iacobs Exercitatt. Critt. T. II. p. 136. coniecerunt: νέου κόμματος. Quod si vero σκέμματος, sub audito ἕνεκα, interpreteris, vti fecit Berglerus, *ob hoc novum commentum*, nihil mutandum est. — Vnus ex Gloss. Eichst. accedit Maio et Reiskio in νέου κόμματος, additque ex Theophrasto 21. καινὸν ποιῆσαι ἀποδοῦναι, monet tamen, alias apud Aristophanem numos νέου κόμματος male audire. — Alter vero longe alia commentus, putat σκέμματος non ad numos, sed ad iuuenem νεόπλουτον referendum esse. Alciphronem fortasse in animo habuisse σκύμνον ap. Eurip. Rhes. v. 381. vel, quod propius ad literam, θρέμματος reponendum esse. Ingeniose satis, sed nimis coacte.

COMMENTARIVS.

4. ἀπὸ Σκίρου λαβοῦσι Κλυμένην τὴν ἑταίραν. Scirus locus Athenis, saepe memoratus auctoribus. Ibi sedebant meretrices. Stephanus Byz. in Σκίρος. de Attico Sciro: ἐν δὲ τῷ τόπῳ τούτῳ αἱ πόρναι ἐκαθέζοντο. *Bergler.* Σκίρον. τόπος Ἀθήνησιν, ἐφ' οὗ οἱ μάντεις καθέζονται. Photii Ms. Lex. v. infra Ep. 25.

6. διακαῶς ἐρᾷ. Lib. I. Ep. 27. ἐμοῦ διακαῶς φλεγομένου. *Bergler.* Alias ἐρᾷν κακῶς. Lib. I. Ep. 35. et 39.

9. θρύπτεται καὶ ἀκκίζεται. Θρύπτεσθαι idem est, quod ἐρώμενον ἑαυτὸν ποιεῖν, quam phrasin verbo ἀκκίζεσθαι bis iungit Alciphron Lib. I. Ep. 31. et 37. haud longe ab initio. W.

12. τὸ χωρίον πρὸς τοῖς ἀργυρίοις. Ambiguum esse possit, praecipue si sit τὸ χωρίον τὸ πρὸς etc. sic enim intelligeretur praedium aliquod *circa* argentifodinas, maxime in Laureo. *Bergler.* Gloss. Eichstad. vertit: *una cum* argentifodinis.

16. κατόρθωμα. Thomam Magistrum, hanc probatissimam vocem reprobantem in ordinem coegerunt interpretes v. edit. Bernard. p. 514. f.

19. τὴν οἰκίαν εἰσιέναι ἐπ' ἀδείας ἔξομεν. Sic et apud Terentium in Eunucho Act. V. Sc. 9. v. 27. parasitus itidem de conficienda Regi suo amica: *hoc si efficio, postulo, vt tua mihi domus Te praesente absente pateat: inuocato vt sit locus semper. Bergler.*

19. τὸ χρῆσθαι. De notione *vtilitatis* huic voci adhaerente vide Pet. Horreum Miscellan. Crit. p. 11. copiose, quod solet, nec neglecto Alciphrone disputantem.

22. εὐποιΐαν. supra Lib. I. Ep. 10. *Bergler.*

Epistola IX.

* * * — * * *

Ἀποπειρώμενος τῶν σκυλακίων εἰ λοιπὸν ἐπιτήδεια κατὰ δρόμον, λαγωὸν ἔν τινι θάμνῳ διαστροβήσας ἐξαίφνης ἀνέστησα. τὰ δὲ σκυλάκια οἱ ἐμοὶ υἱεῖς τῶν ἱμαντίων ἀπέλυσαν. Καὶ τὰ μὲν ἐθορύβει, καὶ ἐγγὺς ἦν ἑλεῖν τὸ θηρίον; ὁ λαγωὸς δὲ τοῦ κινδύνου φυγῇ ὑπερβὰς τὸ σιμὸν, φωλεοῦ τινος κατάδυσιν εὗρετο. Μία δὲ ἡ προθυμοτέρα τῶν κυνῶν, ἤδη κεχηνυῖα καὶ ψαῦσαι προσδοκῶσα τῷ δήγματι, συγκατῆλθεν εἰς τὴν ὀπὴν τῆς γῆς, ἐντεῦθεν ἀνελκύσαι βιαζομένη τὸ λαγώδιον, καὶ θραύει τοῖν προσθίοιν ποδοῖν τὸν ἕτερον. Καὶ ἀνειλόμην χωλεύουσαν σκύλακα ἀγαθὴν, καὶ τὸ ζῶον ἡμίβρωτον· καὶ γέγονέ μοι κέρδους ἐφιεμένῳ λυπροῦ ζημίαν μεγάλην ἀπενέγκασθαι.

ADNOTATIO CRITICA.

(Hac epistola incipit Codex Vindobonensis, quem Illustris olim Gentilottus Bergleri rogatu contulerat quidem, sed in locis tantum huic suspectis, ideoque haud contemnendum spicilegium reliquit. v. Praef. Ceterum Codicis istius, cui, vt distinguerem a priori, libro primo vsurpato, literam ß. adsignare placuit, Index hic est: Ἐπιστολαὶ Ἀλκίφρονος ῥήτορος ἀγροικικαί.)

***. Nihil deest, nisi titulus huius epistolae. *Bergler.* ignorat etiam Vind. B.

2. λαγωόν. Cod. Vind. B. semper scribit λαγώϊος, λαγωΐδιον, ζωΐον. W.

3. οἱ ἐμοὶ υἱεῖς. Vulgata οἱ μέν. Cod. Vind. B. οἱ μοὶ υἱεῖς ἐκ τῶν. In μοὶ in ἐμοὶ tamen mutato obtemperaui, in honorem etiam Bergleri, cui tale quid in mentem venit, addidit enim in versione *mei*. Nec ἐκ displicet, necessaria tamen non est.

8. κεχηνυῖα. Cod. idem περικεχηνυῖα, quod magis placet.

10. καὶ θραύει. Satis adparet, legendum esse κατα-θραύει, omisso καί. *Bergler*, cui accedit Gloss. Eichstad. Quouis pignore olim contendissem, nil verius hac esse coniectura, sed aliud mihi persuasit Piersonii sagacitas, qui in Verisimil. p. 96. nihil mutandum, sed hoc modo distinguendum esse censet, vt post τῆς γῆς non pungatur cum vulgata, sed incidatur. Sic igitur operas dare iussi, nullaque emendatione opus est.

COMMENTARIVS.

1. λοιπόν. *Iam.* Sic aliquoties Noster. v. Lib. I. Ep. 14. 21. 37. Lib. III. Ep. 49. 70. W.

2. διαστροβήσας. Suidas: Στροβεῖ· ταράττει. κινεῖ. περιφοβεῖ. καταπονεῖ. Etymologus: στροβεῖ, ταράττει, κινεῖ. *Bergler.* Διαστροβεῖν esse apud Plutarchum

in Lucullo obseruauit recte Gloss. Eichstad. et quidem Cap. I. §. 2. p. 280. edit. Leopold. Iambus autem ibi est de thynno: Θύννος βολαῖος πέλαγος ὡς διεστρόβει. Cel. Leopoldus vertit: *rapido vertice circumagere.*

5. ἐγγὺς ἦν. Recte vertit Berglerus: parum aberant. Plura vide ap. eumdem, quem modo laudaui, Leopoldum ad Plutarchi Sullam p. 150.

6. ὑπερβὰς τὸ σιμόν. Xenophon in Cynegetico (Cap. 5. §. 16.) itidem de leporibus: ὑπερβαλόντες γὰρ τὰ σιμὰ καὶ ψιλά. Sunt autem lepores maxime in periculo superatis locis accliuibus, quod nullo negotio faciunt; per declivia difficulter feruntur, itaque latebras quaerunt. Nos contra πρὸς τὰ σιμὰ χαλεπῶς βαδίζομεν, vt loquitur Aristoteles Problem. XLII. Sect. V. *Bergler.* — Hesychius: Σιμόν· πρόσαντες χωρίον. Photii Lexicon Ms. Σιμόν· ἄναντες. οὕτως Ἀριστοφάνης, vbi πρόσαντες legendum. Sic enim Aristophanes Lysistr. v. 288. vbi Schol. τὸ σιμὸν, ἀντὶ τοῦ πρόσαντες, adlatis exemplis ex Comici Βαβυλονίοις et Νίκαις, quae compilauit Suidas. *Alberti* ad Hesychium v. σιμόν.

6. φωλεοῦ. Hesychius Φωλεόν· οὗ τὰ θηρία κοιμῶνται. cf. et Ammonium p. 145.

8. κεχηνυῖα καὶ ψαῦσαι προσδοκῶσα τῷ δήγματι. Quis ad haec non meminerit Ouidii Metamorph. Lib. I. v. 535. *inhaesuro similis, iam iamque tenere Sperat, et extento stringit vestigia rostro,* vel potius Virgilii, ex quo sua sumsit Ouidius, Aen. Lib. XII. v. 754. ff. *Haeret hians, iam iamque tenet, similisque tenenti* etc. W.

14. λυπροῦ. Non expressit Berglerus λυπροῦ in versione. Est autem κέρδος λυπρὸν, *vile* et *tenue lucrum*, v. Diog. Laert. in vita Epicuri: (X. 3.) σὺν τῷ πατρὶ γράμματα διδάσκειν λυπροῦ τινος μισθαρίου, et Hesychius Λυπρὸς exponit εὐτελής. Haec sunt Arnaldi in Misc. Obseruatt. T. V. p. 288.

Epistola X.

Ἰοφῶν Ἐράστονι.

Ἐπιτριβείη καὶ κακὸς κακῶς ἀπόλοιτο ὁ κάκιστος ἀλεκτρυὼν καὶ μιαρώτατος, ὅς με, ἡδὺν ὄνειρον θεώμενον, ἀναβοήσας ἐξήγειρεν. Ἐδόκουν γάρ, ὦ φίλτατε γειτόνων, λαμπρός τις εἶναι καὶ βαθύπλουτος· εἶτα οἰκετῶν ἐφέπεσθαί μοι στίφος, οὓς οἰκονόμους καὶ διοικητὰς ἐνόμιζον ἔχειν. Ἐφ-κειν δὲ καὶ τῷ χεῖρε δακτυλίων πεπλῆρῶσθαι, καὶ πολυταλάντους λίθους περιφέρειν· καὶ ἦσαν οἱ δάκτυλοί μου μαλακοί, καὶ ἥκιστα τῆς δικέλλης ἐμέμνηντο. Ἐφαίνοντο δὲ καὶ οἱ κόλακες ἐγγύ-θεν, Γρυλλίωνα εἴποις ἂν καὶ Παταικίωνα παρεστάναι. Ἐν τούτῳ δὴ καὶ ὁ δῆμος Ἀθηναίων εἰς τὸ θέατρον προελθόντες, ἐβόων προχειρίσασθαί με στρατηγόν· μεσούσης δὲ τῆς χειροτονίας, ὁ παμπονηρὸς ἀλεκτρυὼν ἀνεβόησε, καὶ τὸ φάσμα ἠφανίσθη. Ὅμως ἀνεγρόμενος περιχαρὴς ἦν ἐγώ· ἐνθύμιον δὲ ποιησάμενος, τοὺς φυλλοχόους ἑστάναι μῆνας, ἔγνων εἶναι τὰ ἐνύπνια ψευδέστατα.

ADNOTATIO CRITICA.

(Fragmentum huius epistolae inde a verbis ἐῴκειν δὲ καὶ vsque ad finem ex Bibliotheca Florent. Laurentiana No. 7. mihi, quae eius beneuolentia fuit, enotauit, quem supra laudaui, experientissimus *Weigelius*.)

Ἰοφῶν. Cod. Vindob. B. Ἰόφων.

1. κάκιστος. Idem pro eo μιαρὸς, male, incuria scribae, cuius oculi ad proxime sequens μιαρώτατος aberraverant.

4. βαθύπλουτος. Idem liber βαθύτατος.

6. οἰκονόμους. Idem οἰκετῶν νόμους.

6. ἐώκειν δὲ καί. Particula καὶ deest in Cod. Vind. B. habet autem Florentinus.

8. περιφέρειν. Florentinus male περιφέρει.

11. εἴποις ἄν. Cod. Vind. B. εἰπΕς, alia tamen manus superscripsit AI. εἴπαις. Sic etiam Florentinus.

11. Παταικίωνα. Ita Ms. Caes. Ex Vaticano Παταίκτινα, in margine autem Πατακιῶνα. *Bergler.* cf. infra Ep. 42.

11. παρεστάναι. In hac voce Alciphroni reddenda (nam in Bergleriana aberat) consentiunt Codd. Vind. B. Florentinus et Doruilianus, quam etsi Doruilius ad Charitон. p. 633. Lipsi. [onerare magis sententiam existimet, [fortasse propterea, quod praecedit ἐφαίνοντο, non ἐδόκουν] trium tamen Codicum auctoritati honorem habere malui.

12. ἐν τούτῳ δὴ καί. Δὴ ignorat Cod. Vind. B.

13. Ἀθηναίων. Florent. Ἀθηναίος. ib. προελθόντες. pro quo Cod. Vind. B. παρελθόντες. male.

15. ἀνεβόησε. recepi pro vulgato ἐβόησε, quoniam et vsitatius est, et ab vtroque et Vindob. et Florent. Luciano etiam confirmatur.

16. ἀνεγρόμενος. Florent. ἀναγραμμένος. vitiose.

17. φυλλοχόους. Flor. contrahit φυλλόχους. ibid. ἑστᾶναι. Vind. Florent. et Doruil. habent εἶναι, quod tamen Doruilius ad Charit. p. 515. pro mera glossa habet.

18. ψευδέστατα. Cod. Vind. Flor. et Doruil. ψευδῆ. Vulgata tamen melior Doruilio l. l. videtur.

COMMENTARIVS.

1. Ἐπιτριβείη καὶ κακὸς κακῶς ἀπόλοιτο — ὁ ἀλεκτρυών. Haec Epistola et *Luciani Somnium* siue *Gal-*

lus initio, adeo inter se conueniunt, sicut et alia quaedam, partim iam notata, partim notanda, vt vel ambo ex iisdem fontibus sua hauserint: vel quod potius credo, alter ab altero, et forte Lucianus a Nostro; ac ferme iam credo, Lucianum Ἀλκιφρονίζειν, non Alciphronem Λουκιανίζειν. [de quo vide Praefationem.] Ita autem orditur et Lucianus T. VI. Bip. p. 288. Ἀλλά σε ὦ κάκιστε ἀλεκτρυὼν ὁ Ζεὺς αὐτὸς ἐπιτρίψειε; magis autem ista omnia dilatantur apud illum. *Bergler.* cf. Anacreontem Od. 12. de hirundine querentem, quae de amoribus suis somniantem turbasset.

2. ὅς με ἡδὺν ὄνειρον θεώμενον ἀναβοήσας ἐξήγειρεν. Haec Samosatensis ille sic fusius (p. 288.) ὅς με πλουτοῦντα καὶ ἡδίστῳ ὀνείρῳ ξυνόντα, καὶ θαυμαστὴν εὐδαιμονίαν εὐδαιμονοῦντα, διατορόν τι καὶ γεγωνὸς, ἀναβοήσας, ἐπήγειρας. et p. 297. τὸν πανευδαίμονα ὄνειρον ἐκεῖνον αὖθις ὁρᾷν. *Bergler.* — Ἐπιτριβείης. infra Ep. 17. — κακὸς κακῶς ἀπόλοιτο. Ep. 17. 28. 48. — ὄνειρον θεώμενον, alias ὄναρ ἰδεῖν. v. c. ap. Lucianum Macrob. T. VIII. Bip. p. 114.

4. βαθύπλουτος. cf. Misc. Obs. Vol. II. T. 2. p. 249. et Spanhem. ad Callimachum p. 119.

5. οἰκετῶν ἐφέπεσθαί μοι στίφος. Lucianus ibidem (p. 307.) εἶτα ἐξήλαυνον ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους ἐξυπτιάζων, περίβλεπτος ἅπασι τοῖς ὁρῶσι καὶ ἐπίφθονος. καὶ προέθεον πολλοὶ καὶ περιίππευον, καὶ εἵποντο πλείονες. Haec autem Lucianus πρὸς τὸ τραγικώτερον. *Bergler.*

6. ἐώκειν τῶ χεῖρε δακτυλίων πεπληρῶσθαι, καὶ πολυταλάντους λίθους περιφέρειν. Lucianus ead., pag. ἐγὼ δὲ — ἔχων — δακτυλίους βαρεῖς ὅσον ἑκκαίδεκα ἐξημμένους τῶν δακτύλων. Videtur autem Lucianus πολυταλάντους de pondere accepisse, dum ipse βαρεῖς dicit, quod magis adparet in *Amoribus* §. 41. (T. V. Bip. p. 303.) vbi alium Alciphronis locum mox (Ep. 11.) indicandum imitatur, vbi de inauribus, quarum πολυτάλαντον βρίθος dicit, *multorum talentorum pondus*, satis hyperbolice. *Berg.*

ler. Quae Reitzius ad Gallum. T. VI. p. 577. contra Berglerum monuit, quoniam non tam ad Alciphronem, quam Lucianum pertinent, omisi. — Ceterum ad στίφος repete ex antecedent. ἔδόκουν.

10. ἐφαίνοντο δὲ καὶ οἱ κόλακες ἐγγύθεν. Sic apud Lucianum alibi, nempe in Timone. Ad hunc Timonem recens ditatum primus omnium se insinuare conatur adsentator Γναθωνίδης ὁ κόλαξ etc. (§. 45. T. I. Bip. p. 114.) *Bergler.*

11. Γρυλλίωνα. Nomen verum Parasiti ex historia Athenaeus Lib. VI. p. 244. meminit ex Axionico Comico, inter Parasitos, quos ibi nominatim recenset, Ἀξιόνικος δὲ ὁ κωμικὸς ἐν τῷ Τυρρηνικῷ Γρυλλίωνος τοῦ παρασίτου ἐν τούτοις μνημονεύει. *Bergler.*

12. ὁ δῆμος Ἀθηναίων — προελθόντες ἐβόων. Nominum collectiu. sic cum Plur. structorum plura habet Noster exempla. Paullo ante στίφος — ἐδόκουν. infra Ep. 72. ὁ Ἄρειος πάγος ἀποβλέπουσιν. etc. W.

14. μεσούσης δὲ — ἀλεκτρυὼν ἐβόησε. Luciani somnium conuiuio finitur, quod galli centu interturbatum (p. 307.) ἐν τούτῳ ὄντα με, καὶ φιλοτησίας προπίνοντα — ἀναβοήσας ἀκαίρως, συνεταράξας ἡμῖν τὸ συμπόσιον etc. *Bergler.*

17. ἐνθύμιον ποιησάμενος. Atticum hunc vsum exposuit Dukerus ad Thucyd. VII. c. 18. ἐνθύμιον ποιεῖσθαι vi vocis primum significauit *animo reponere*, sed vsus inprimis Athenis voluit, vt ἐνθύμιον de tali cogitatione vsurpare. tur, quam *inexspectatus casus suggereret, quaeque religionem, et ominosum quid animo moueret.* Haec *Valkenarius* ad Ammonium p. 76. qui praeter alia exempla locum etiam Heliodori Lib. VIII. (p. 424.) adfert, vbi, vti apud Nostrum de somnio sermo est. οἷον γάρ μοι νῦν ὄναρ ἐνθύμιον γέγονεν.

17 τοὺς φυλλοχόους μῆνας. Plutarchus in Symposiacis Lib. VIII. Quaest. 10. τὸ δὲ λεγόμενον περὶ τῶν ἐνυπνίων, ὡς ἔστιν ἀβέβαια καὶ ψευδῆ μάλιστα

περὶ τοὺς φυλλοχόους μῆνας. *Bergler.* De voce φυλλοχόος v. Arnaldi Lectiones Graecas p. 187. et Wernsdorfium ad Himerium p. 557.

Epistola XI.

Δρυαντίδας Χρονίῳ.

Οὐκέτι σοι μέλει οὔτε τῆς εὐνῆς ἡμῶν, οὔτε τῶν κοινῶν παίδων, οὔτε μὴν τῆς κατ' ἀγρὸν διατριβῆς· ὅλη δὲ εἶ τοῦ ἄστεος, Πανὶ μὲν καὶ Νύμφαις ἀπεχθομένη, ἃς Ἐπιμηλίδας ἐκάλεις, καὶ Δρυάδας, καὶ Ναΐδας, καινοὺς δὲ ἡμῖν ἐπεισάγουσα θεοὺς πρὸς πολλοῖς τοῖς προϋπάρχουσι. Ποῦ γὰρ ἐγὼ κατ' ἀγρὸν ἱδρύσω Κωλιάδας ἢ Γενετυλλίδας; οἶδα ἀκούσας ἄλλα τινα δαιμόνων ὀνόματα, ὧν διὰ τὸ πλῆθος ἀπόλισθέ μοι τῆς μνήμης τὰ πλείονα. Οὐ σωφρονεῖς, ὡς ἔοικεν, ὦ γύναι, οὐδὲ ὑγιές τι διανοῇ, ἀλλὰ ἀμιλλᾶσαι ταῖς ἀστικαῖς ταυταισὶ ταῖς ὑπὸ τρυφῆς διαρρεούσαις, ὧν καὶ τὸ πρόσωπον ἐπίπλαστον, καὶ ὁ τρόπος μοχθηρίας ὑπεργέμων, φύκει γὰρ καὶ ψιμυθίῳ καὶ παιδέρωτι δευσοποιοῦσι τὰς παρειὰς ὑπὲρ τοὺς δεινοὺς τῶν ζωγράφων. Σὺ δὲ, ἢν ὑγιαίνῃς, ὁποίαν σε τὸ ὕδωρ ἢ τὸ ῥύμμα τὸ πρὶν ἐκάθηρεν, τοιαύτη διαμενεῖς.

ADNOTATIO CRITICA.

(Codex Flor. et huius Ep. fragmentum suppeditauit vsque ad ἀπεχθανομένη.)

Χρονίῳ. Quasi Χρόνιον vocetur haec mulier. Nomen mihi suspectum. *Bergler.* — Gloss. Eichstad. sic: Infra est Λήριον, femellae nomen Ep. 17. ergo hic Κρονίῳ. Aristoph. Pluto. v. 581. ὦ Κρονικαῖς γνώμαις λημῶντες τὰς φρένας. Alia ex Aristophane adlata exempla omitto. [Ergo vtrique nomine *stultitiae* macula adhaeret.] Erudite!

1. μελει. Cod. Vind. B. μέλλει.

2. παίδων. Vind. et Flor. παιδίων.

4. ἀπεχθομένη pro ἀπεχθανομένη recepi ex Florentino et Vindob. B. suadente Doruilio ad Charit. p. 625. in cuius libro tamen vulgata legebatur.

5. Ναΐδας. Cod. Vind. B. δρίδας pro Δρυάδας, et Ναΐδας omisit, paullo post vero pro Κωλιάδας — Κωλίδας.

9. ἄλλα τινὰ δαιμόνων. Idem liber τὰ ἄλλα τῶν δαιμόνων. Vulgata longe praestat.

10. ἀπόλισθε. Vulgata ἀπολεῖσθαι, quod liber Vind. B. seruat, sed pro μοὶ habet μοῦ. — Berglerus iam suo tempore haec adscripserat: Infinitiuus, et quidem in Futuro huc non quadrat. Ἀπόλλυσθαι vel ἀπολέσθαι stare posset, sed sic requiritur adhuc verbum aliquod, quale συνέβη. Nec hic ἀπὸ κοινοῦ sumi facile potest οἶδα, quare verti, quasi esset ἀπαλήλιπται ab ἀπαλείφω. Sic igitur *Berglerus*, nec incommode. — Melius tamen, quod postea temporis pluribus in mentem venit eruditis ἀπόλισθέ μοι, *memoria exciderunt*. Primus, qui ita emendaret, fuit *Steph. Bernardus* [quem laudat etiam Gloss. Eichst.] ad Anonymi Introd. Anatom. p. 85. b. — Idem deinde coniecit *Toupii* acumen ad Longinum p. m. 280. vitiumque ex eo ortum Toupius existimat, quod scriba dictantem haud recte intellexerit. Toupio consentiunt Cel. *Wyttenbachius* Bibl. Crit. Vol.

I. P. 3. p. 41. cf. et Vol. III. P. 1. p. 53. *Burges.* ad Daviſii Miſcell. critica p. 487. — denique Celeb. amiciſſimusque *Baſtius*, cuius humanitati collationem Codicum Vindob. debeo, nullo tum librorum aduerſariorumque adparatu inſtructus, ſolo Graecitatis genio, quem ſibi vel maxime habet fauentem, ductus, ſoloque Ariſtophanis, quem forte tum ad manus haberet, loco, Eccleſiaz. v. 286. ed. Brunkii, vbi ἐξολισθεῖν eodem ſenſu: τοῦτο γὰρ χρὴ Μεμνημένας ἀεὶ λέγειν, ὡς μήποτ' ἐξολίσθῃ.

11. ὡς ἔοικεν, inſerui ex Cod. Vindob. B.

12. ἀμιλλᾶσαι ταῖς. Sic repoſui praeeunte eodem Codice pro vulgato ἀμιλλᾷ ἐν ταῖς. Non quod ἀμιλλᾷ per ſe damnem, nam vtraque forma ſecundae perſonae in verbis Mediis in ᾶσαι deſinentibus vſitata eſt, quod vel Grammatici docent, (Plura vide apud Pierſon. ad Moer. p. 16. et Cel. Hoepfnerum ad Iphigen. in Aulide v. 309.) ſed quod iſthoc verbum Datiuo iungi ſolet ſine ἐν. W.

12. ἀστικαῖς pro Ἀττικαῖς recepi, monente Ruhnkenio ad Longinum p. 260. nam ſermo eſt de feminis in ipſa vrbe, non agri Attici. W.

15. ψιμυθίῳ. Sic Codex Vind. B. vno μ. adcuratius, quam duplici. v. Hemſterhuſ. ad Ariſtophanis Plutum p. 394. Weſſelingium ad Diod. Sic. II, 23. et Reimarum ad Dion. Caſſ. T. II. p. 1362. Variant etiam libri in υ et ι, ſcribunt enim ψυμμίδιον et ψιμμίδιον. v. Bernardum ad Nonnum p. 34. W.

15. καὶ παιδέρωτι. Haec deſunt in Codice Vindob. B.

18. ἐκάθηρεν. Idem liber ἐκάθηρε.

COMMENTARIVS.

(Similis fere argumenti eſt Lib. I. Ep. 4.)

3. ὅλη εἶ τοῦ ἄστεος. v. infra Ep. 12. et quae adnotauimus ad Lib. I. Ep. 13. W.

3. Πανί. Pan ruſticorum Deus. Dixi quaedam ad Lib. I. Ep. 26. *Bergler.*

4. Ἐπιμηλίδας — καὶ Δρυάδας καὶ Ναΐδας. Harum Nympharum coniunctim meminit et Pausanias Lib. VIII. c. 4. cuius locum adferam, vt legendum puto, Δρυάδας γὰρ δὴ καὶ Ἐπιμηλιάδας τὰς ἑαυτῶν ἐκάλουν ΚΑΙ Ναΐδας. Addo hic posterius καὶ, quod eiectum videtur a sciolo aliquo, qui cum non videret, quo ἑαυτῶν pertineat, ad Ναΐδας referendum putauit, et omittendam copulam, fecitque sententiam absurdam. Sensus autem est, veteres solitos fuisse suas amicas vel vxores vocare Dryadas, Epimeliadas et Naidas: debet enim sub τὰς ἑαυτῶν subaudiri ἐρωμένας vel γυναῖκας, vel Νύμφας. Dryadum et Naidum frequens mentio passim. Ἐπιμηλίδες memorantur a Scholiaste Apollonii Rhodii ad Lib. IV. v. 1322. eaedem Μηλίδες apud Eustathium p. 652. lin. 34. 35. quae itidem Μηλιάδες, et Dorice Μαλιάδες apud eumdem p. 1661. lin. 49. et Iulium Pollucem Lib. IX. Segm. 122. et 127. *Bergler.*

8. Κωλιάδας καὶ Γενετυλλίδας. Coniungit haec nomina et Aristophanes in Nubibus v. 52. [vide ibi Bergleum et Dukerum p. 1197. ed. Burmann.] vbi itidem Rusticus de similiter morata vxore conqueritur, qui Comico stylo dicit, eam olere μύρου, κρόκου — Κωλιάδος, Γενετυλλίδος — et in Lysistrata v. 2. [v. Bergleri notam p. 1091] vbi dicitur, mulieres festinare, si vocentur ad eiusmodi Venereos Deos, ἢ 'ς Πανὸς, ἢ 'πι Κωλιάδ', ἢ 'ς Γενετυλλίδος, *vel in Panos facellum* etc. Nec non Lucianus in Amoribus [T. V. Bip. p. 304. et ibi Reitzium p. 590. bis. vide et Pseudolog. §. 11. T. VIII. p. 67. et ibi Scholiasten et Interpretes p. 433.] quo in loco et alia ita conueniunt cum Alciphroneis hisce, vt imitatio facile adpareat. Postquam multa in fucum et comtum muliebrem, quem et Noster perstringit, dixisset μισογύνης, subiungit: τίς οὖν ὁ μετὰ τὴν τοσαύτην παρασκευὴν βίος; εὐθὺς ἀπὸ τῆς οἰκίας ἔξοδοι, ἐπὶ θεὰς ἐπιτρίβουσαι τοὺς γεγαμηκότας, ὧν ἐνίων οἱ κακοδαίμονες ἄνδρες οὐδὲ αὐτὰ ἴσασι τὰ ὀνόματα, Κωλιάδας εἰ τύχοι καὶ Γενετυλλίδας. Quem locum, vt commo-

dior sensus adpareret, coactus sui ex coniectura hic ita adscribere, cum in editionibus videatur corruptus, quae post βίος ita: εὐθὺς ἀπὸ τῆς οἰκίας ἔξοδοι. καὶ πᾶς θεατὴς ἐπιτρίβων τοὺς γεγαμηκότας, ὧν ἐνίων etc. quasi spectatorum nescio quorum ignorent eiusmodi vxorum viri nomina, quod quidem fieri potest, sed commemorari nihil attinebat. Vidit hoc Palmerius, sed quaedam excidisse putans, de suo addit totas septem voces. [Nihil mutauit Reitziana in contexto, corruptum tamen pronuntiant interpretes omnes, nec sine laude Berglerum ibi dimisit Reitzius, quem vide.] Sunt autem Κωλιὰς et Γενετυλλὶς epitheta Veneris, ambo secundum quosdam Veteres: aliqui ex iisdem Γενετυλλίδα comitem illius Deae faciunt. *Bergler.* — De Coliadibus v. Hesychium h. v. Photii Lex. Ms. Κωλιάς. τόπος ἐν Ἀττικῇ — ἐν ᾧ ἱερὸν Ἀφροδίτης. Genetyllides. Deae quidem adfines Veneris, sic Berglerus ad Aristoph. Thesmophor. v. 137. p. 1010. v. et Pausaniam Lib. I. c. 5. et ibi Kuehnium.

11. οὐ σωφρονεῖς. Supra Lib. I. Ep. 4. οὐκ ἔστι τοῦτο σωφρονεῖν οὐδὲ ἀγαθὰ διανοεῖσθαι. *Bergler.*

15. ψιμυθίῳ. *cerussa.* Bernardus ad Nonnum T. I. p. 34. laudat Xenophontem Oecon. c. 10. Plutarchum Sympos. VI, 5. Hier. Mercurial. Var. lect. III, 21. Raderum ad Martial. Lib. I. Epigr. 61. quibus adde Spanhemium ad Callimachum p. 511. Ern. et de Vsu et Praest. Numism. T. I. p. 322. W.

16. δευσοποιοῦσι. Hoc verbum adhuc nemini, quod sciam, obseruatum. De δευσοποιὸς satis Budaeus et ex eo Henr. Stephanus, quibus nihil necesse est hic plura addi. *Bergler.* — Hesychius: Δευσοποιόν. τὸ ἔμμονον καὶ μὴ ἐκπλυνόμενον βάμμα. οἱ δὲ τὸ γνησίως βεβαμμένον, ἤτοι πορφύρα, ἢ ἄλλο τι. it. Δευσοποιὸς, βαφεύς. v. et Harpocrationem, Suidam et Scaligeri Coniect. in Varronem p. 127. *Alberti.* — Omnium et copiosissime et optime de voce δευσοποιὸς egit egregius Ruhnkenius ad Timaeum h.

v. p. 75. ff. Ivbi etiam verbi δευσοποιεῖν aliquot exempla ex Origene adu. Celsum excitantur.

18. ῥύμμα. v. infra Ep. 61. et, quem vix desii laudare, Ruhnkenium ad Timaeum p. 229.

Epistola XII.

Πρατίνας Ἐπιγόνῳ.

Μεσημβρίας οὔσης σταθηρᾶς, φιλήνεμόν τινα ἐπιλεξάμενος πίτυν, καὶ πρὸς τὰς αὔρας ἐκκειμένην, ὑπὸ ταύτῃ τὸ καῦμα ἐσκίαζον· καί μοι ψυχάζοντι μάλ' ἡδέως, ἐπῆλθέ τι καὶ μουσικῆς ἐφάψασθαι, καὶ λαβὼν τὴν σύριγγα ἐπέτρεχον τῇ γλώττῃ στενὸν τὸ πνεῦμα μετὰ τῶν χειλῶν ἐπισύρων, καί μοι ἡδύ τι καὶ νόμιον ἐξηκούετο μέλος. Ἐν τούτῳ δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως ὑπὸ τῆς ἡδυφωνίας θελγόμεναί μοι πᾶσαί μοι πανταχόθεν αἱ αἶγες περιορειχύθησαν, καὶ ἀφεῖσαι νέμεσθαι τοὺς κομάρους καὶ τὸν ἀνθερικὸν, ὅλαι τοῦ μέλους ἐγένοντο. Ἐγὼ δὲ ἐν μέσοις τοῖς Ἡδωνοῖς ἐμιμούμην τὸν παῖδα τῆς Καλλιόπης. Ταῦτά σε οὖν εὐαγγελίζομαι, Φίλον ἄνδρα συνειδέναι βουλόμενος, ὅτι μοι μουσικόν ἐστιν ἔχειν τὸ αἰπόλιον.

ADNOTATIO CRITICA.

1. μεσημβρίας οὔσης σταθερᾶς, quod vsitatius in σταθηρᾶς. Cod. Vind. B. libris est.

5. καὶ μουσικῆς ἐφάψασθαι. Vulgata μουσικῶς ἐπαφήσασθαι. Ἐπαφήσασθαι autem hic pro ἐφάψασθαι, ab ἐπαφᾶν, quod ab ἁφῇ. Et ab ἐπαφίημι est ἐπαφήσασθαι, sed si huic locus hic detur, legendum μουσικῇ ἐπαφήσασθαι, et subaudiendum vel addendum ἐμαυτόν. Proxime antecedens τὶ pro κατά τι, nonnihil. Bergler. Obsecutus sum huic, vt tersior fieret oratio, quo valebit etiam, nisi me fallunt omnia, additum καὶ post τι, quod obtulit Cod. Vind. B.

6. γλώττῃ. Cod. idem γλώσσῃ, et paullo post χειλέων pro χειλῶν.

13. Ἠδωνοῖς. Vulgata ἡδοναῖς, cuius loco malebat Berglerus ἀγέλαις, vel πόίμναις, nisi esset caprarius. — Arnaldus in Misc. Obseru. T. V. p. 289. *Nauci est*, inquit, *illud ἡδοναῖς, nimis quoque a vulgata lectione recedit* ἀγέλαις, *quod hariolatur Berglerus. Quid? si legamus* ἥδον καὶ ἐμιμούμην. *Non magna est mutatio, et liquida sententia.* — Haud male, quanquam καὶ frigeat. Hoc si voluisset Alciphron, scripsisset sine dubio ἄδων ἐμιμούμην. Longe melius placet Reiskii ingeniosa suspicio, in Misc. Lipsi. nouis T. V. p. 728. legentis ἐν μέσοις τοῖς Ἠδωνοῖς, *quasi media forem in Thracia, inter Edonos*, quod, quum Alciphron de Orpheo (παιδὶ τῆς Καλλιόπης) loquatur, tam aptum huic loco visum est, vt in textum recipere non dubitarem. Gloss. Eichstad. ex Reiskio sua sumsisse videtur, addit tamen locum Theocriti VII, 111. Eosdem Edonos Horatio Od. III. 25. restituisse Bentleium memini. Omnino saepissime in nominibus propriis aberratum est a librariis, qualium vitiorum larga in scriptoribus priscis etiam nunc messis supereſt. E quibusdam collegit Cl. Wassenbergii industria in Disc. de nominibus propriis — obliteratis aut vitiatis. Franequ. 1790. 4.

15. αἰπόλιον. Cod. Vind. B. ὅτι μοι μουσικόν ἐστι τὸ πόλιον. sine ἔχειν, quod abesse poterat, sed melius adest.

COMMENTARIVS.

1. Μεσημβρίας σταθηρᾶς. Virgil. Georg. III. v. 331. paſtores iubet *Aeſtibus in mediis vmbroſam exquirere vallem — Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus Ingentes tendat ramos.* Notus Platonis locus in Phaedro T. X. Bip. p. 311. a Suida etiam indicatus, vbi cum Socrates poſt ſermones ſub celebri illa platano peractos vellet discedere, Phaedrus eum retinens dixit: μήπωγε, ὦ Σώκρατες, πρὶν ἂν τὸ καῦμα παρέλθῃ, ἢ οὐχ ὁρᾷς, ὡς σχεδὸν ἤδη μεσημβρία ἵσταται, ἡ δὴ καλουμένη σταθερά. [Vltima ex interpolatione ridicula, quaſi Socrates opus habuiſſet hoc doceri] — σταθερὰ ab ἵστασθαι, et per adluſionem a θέρεσθαι, *calefieri*, vnde θερμὸν et θέρος, vt τὸ σταθερὸν ſit τὸ σφόδρα θερμὸν ἀπὸ τῆς ἐν τῷ θέρει μεσημβρίας, quae eſt Gloſſa apud Platonem, in quibusdam editionibus, vt fit, in textum recepta. Simul etiam adluditur ad σταθεύειν *vrere*, vnde apud Aeſchylum in Prometh. v. 22. σταθευτὸς ἡλίου φλογί. *vſtus ſolis flamma.* Non autem caprarius noſter veretur, quod Theocriteus ille Idyll. I. qui iuſſus fiſtula canere dicit v. 15. οὐ θέμις ὦ ποιμὰν, τὸ μεσαμβρινὸν, οὐ θέμις ἄμμιν Συρίσδεν, τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες. *Bergler*, [cuius tamen argutias Etymologicas noſtras non facimus.] Vide de μεσημβρίᾳ σταθερᾷ Interpretes ad Thom. Mag. p. 302. Ruhnkenium ad Timaeum p. 235. ed. ſec. et Cel. Schellenbergium ad Antimachi reliquias p. 110.

4. ἐπῆλθε. *in mentem venit.* Nubem aliorum exemplorum vide apud Hemſterhuſium ad Luciani Prometh. T. I. Bip. p. 206.

6. τὸ πνεῦμα μετὰ τῶν χειλῶν ἐπισύρων. Modus inflandi fiſtulas illas disparibus calamis compactas adcurate deſcriptus. Deſcribit et Iul. Pollux Lib. IV. Segm. 69. ἐπὶ δὲ σύριγγος εἴποις ἄν, παράγειν ἐπ' αὐτῆς τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ στόματος· καὶ παραφέρειν, καὶ διασπείρειν τὸ πνεῦμα. et pluribus Achilles Tatius Lib. VIII. p. 477. τοὺς μὲν ἄλλους ἐλευθέρους ἀφῆκεν καλάμους· μόνῳ δὲ τὸ

χεῖλος ἐπιτίθησιν, ὃν ἂν ἐθέλῃ μὴ σιωπᾷν. μεταπηδᾷ τε ἄλλοτε ἐπ' ἄλλον, ὅπου ποτ' ἂν εἴη τοῦ κρούματος ἡ ἁρμονία καλή. οὕτως αὐτῷ περὶ τοὺς αὐλοὺς χορεύει τὸ στόμα. *Bergler.*

9. αἱ αἶγες περιεχύθησαν. Virgilius Ecloga X. v. 16. *Stant et oues circum, noſtri nec poenitet illas.* Haec autem, vt Ioſ. Scaliger in Graeca verſione huius Eclogae, refero ad *Non canimus ſurdis. Bergler.*

10. ἀφεῖσαι νέμεσθαι. Virgilius Ecloga VIII. *Paſtorum Muſam Damonis et Alphesiboei, immemor herbarum quos eſt mirata iuuenca* etc. *Bergler.*

10. τοὺς κομάρους. Heſychius: Κόμαρος. φυτόν τι, ὅπερ φέρει καρπὸν μιμαίκυλον. Gloſſ. Κόμαρος, ὅ ἐστι δένδρον, ἡ καλουμένη Ἀρκεύθος, *arbutus.* cf. Suidam h. v. Salmaſ. in Solin. p. 362. fin. Bodaeum a Stapel ad Theophr. III. 16. *Alberti* ad Heſych. — Μιμαίκυλον. καρπὸς τοῦ κομάρου, μέσπιλον μικρὸν, πυρρόν. W.

11. ἀνθερικόν. v. Schol. Theocriti ad Idyll. I. v. 52. Callimach. H. in Delum v. 193. Plura dabit d'Arnaud Lectt. Graecis p. 14. W.

12. τὸν παῖδα τῆς Καλλιόπης. Orpheum. *Bergler.*

13. εὐαγγελίζομαί ΣΕ. Contra Thomam Magiſtrum et Phrynichum, ſoloecum hoc putantes, vide disputantem Tib. Hemſterhuſium ad Xenophontem Epheſium Miſc. Obſ. T. X. p. 213. Ita vero diſtinguit: Accuſatiuo iunctum eſt *laeto nuntio te exhilaro*, Datiuo, ſimpliciter *nuntio tibi, nuntium perfero. W.*

Epistola. XIII.

Καλλικράτης Αἴγωνι.

Ἐγὼ μὲν ἥκοντος τοῦ καιροῦ, γύρους περισκάψας καὶ ἐμβαθύνας βόθρον, οἷός τε ἦμην ἐλάδια ἐμφυτεύειν, καὶ ἐπάγειν αὐτοῖς ναματιαῖον ὕδωρ, ὅ μοι ἐκ τῆς πλησίον Φάραγγος ἐποχετεύεται· ἐπελθὼν δὲ ὄμβρος ἐς τρεῖς ἡμέρας καὶ νύκτας ἴσας, ποταμοὺς ἄνωθεν ἐκ τῆς ἀκρωρείας τῶν ὀρῶν ἐγέννησεν, οἳ ῥύμῃ κασασυρόμενοι ἰλὺν ἐπεσπάσαντο, καὶ τοὺς βόθρους κατέχωσαν, ὥστε εἶναι πάντα ἰσόπεδα, καὶ οὐδὲ δοκεῖν ὅλως εἰργασμένα. Οὕτως ἠφάνισταί μοι τὰ πονήματα, καὶ εἰς μίαν ὄψιν ἄτοπον κατέστη. Τίς ἂν οὖν ἔτι πονοίη, μάτην ἀδήλους ἐλπίδας ἐκ γεωργίας καραδοκῶν; Μετιτέον μοι ἐφ' ἕτερον βίον· φασὶ γὰρ ἅμα ταῖς τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀλλαγαῖς καὶ τὰς τύχας μετασχηματίζεσθαι.

ADNOTATIO CRITICA.

Καλλικράτης. Cod. Vind. B. Καλλίκρατος.

2. βόθρον. Idem liber deminutiuum βόθρια, fortasse rectius ideo, quod Pluralis antecedit, et paullo post sequitur (βόθρους.)

3 ναματιαῖον. Vulgata ναμάτιον, pro quo Berglerus malebat ναμάτειον, quia adiectivum sit, non deminutiuum a νᾶμα, vel ναματιαῖον, vt ap. Theophrastum Hist. Plant. Lib. IV. c. 3. ναματιαίοις ὕδασιν. [ναματιαῖον praeferunt etiam Maius in Hist. de la Rep. des lettres T. XI. p. 148. et Gloss. Eichstad. Praetuli et ego motus Cod. Vind.

B. auctoritate, nihili quidem lectionem exhibentis ναματίΔιον, quae tamen ad veriorem manuduceret. Literas enim A et Δ sexcenties esse commutatas a librariis, notissimum est.

12. Τίς ἂν οὖν. Particulam ἂν, quam amat Optatiuus, recepi ex Cod. Vind. B.

13. μετιτέον μοι. Posterius (μοι) non spernendum putaui eodem Cod. suadente.

14. τὰς τύχας. Vulgata ψυχάς. Adscripserat Berglerus: Ita ex Vaticano. Lambecii Caesareum hic non consulueram. Lego interim τὰς τύχας, vt verti. — Recte coniecisti, Cod. enim Vind. B. aperte praefert τύχας.

15. μεταςχηματίζεσθαι. Idem liber σχηματίζεσθαι. Vulgata potior.

COMMENTARIVS.

1. γύρους περισκάψας. Henr. Stephanus in Thes. ex Theophrasto adfert γύρους περιορύττειν. *Bergler.* Infra Ep. 70. iterum est περισκάπτειν — καὶ τοῖς βόθροις ἐμφυτεύειν.

6. ἀκρωρείας. v. et infra Ep. 63. Eustathium ad Odyss. p. 1862. Bourdelot. ad Heliodor. p. 6. ed. Schmid.

7. ῥύμη. v. Lib. I. Ep. 10. infra Ep. 55. W. Berglerus illustrat locum ex Virgilii Aen. II. 305. — *rapidus montano flumine torrens Sternit agros, sternit sata laeta boumque labores*, et Lucretii Lib. I. v. 283. *Flumine abundanti, quod largis imbribus auget Montibus ex altis magnus decursus aquai.*

8. ἰλὺν ἐπασπάσαντο καὶ — κατέχωσαν. Virgilius Georg. I. v. 116. — *amnis abundans Exit, et obducto late tenet omnia limo*, vbi antecedentia etiam, *Deinde satis fluuium inducit, riuosque sequentes*, conueniunt cum ἐπάγειν ναματιαῖον ὕδωρ. *Bergler.*

9. ἰσόπεδα. *solo aequata* ad verbum. *Bergler.* Est apud Homerum Il. N. 142. Hesychius: Ἰσόπεδον. ἴσον τῇ γῇ, ὁμαλὸν ἔδαφος, ἰσόχωρον. W.

Epistola XIV.

Σιτάλκης Οἰνοπίωνι.

Εἰ πατρώζεις, ὦ παῖ, καὶ τὰμὰ Φρονεῖς, χαίρειν τοὺς ἀλαζόνας ἐκείνους τοὺς ἀνυποδήτους καὶ ὠχριῶντας, οἱ περὶ τὴν Ἀκαδημίαν ἀλινδοῦνται, βιωφελὲς μὲν οὐδὲν οὐδὲ πράττειν δυνάμενοι, οὐδὲ εἰδότες, τὰ μετέωρα δὲ πολυπραγμονεῖν ἐπιτηδεύοντες, ἐάσας, ἔχου τῶν κατ' ἀγρὸν ἔργων, ἀφ' ὧν σοι διαπονοῦντι μεστὴ μὲν ἡ σιπύη πανσπερμίας, οἱ δὲ ἀμφορεῖς οἴνου γέμοντες, πλεῖα δὲ ἀγαθῶν τὰ σύμπαντα.

ADNOTATIO CRITICA.

Σιτάλκης. Cod. Vind. B. Σιτάκης. sine dubio vitiose.

1. πατρώζεις, καὶ τὰμὰ Φρονεῖς. Suidas: Πατρώζοντα, τὰ τοῦ πατρὸς Φρονοῦντα. Hesychius etiam: Πατρώζουσαι, τὰ τοῦ πατρὸς Φρονοῦσαι. Scribitur autem apud Nostrum hic πατριάζεις, sed meliorem Codicem secutus sum, vt alias. *Bergler.*

2. ἀνυποδήτους. Cod. Vind. B. ἀνυποδΕτους. Vulgata melior. v. supra ad Lib. I. Ep. 3. p. 27.

4. βιωφελὲς — ἐάσας. Berglerus ita olim ediderat: ΚΑΙ βιωφελὲς μὲν οὐδὲν οὔτε εἰδότΑΣ, οὔτε πράτ-

τειν δυναμένουΣ, τοὺ μετέωρα δὲ πολυπραγμονοῦντΑΣ. ΚΑΙ ἐπιτηδεύοντΑΣ, ἐάσας. Poterat vtrumque defendi. Lectio tamen, quam ex Cod. Vind. B. repoſui, eam ob cauſſam anteferenda viſa eſt, quod poſt Accuſatiuos ἀνυποδήτους καὶ ὠχριῶντας oratio nunc per Nominatiuum οἱ continuatur, ideoque melius Nominatiui quam Accuſatiui ſequuntur, praeſertim quum τὸ καὶ (ante βιωφελὲς) ab Codice abſit. Nec minus, ſpero, placebit terſioris dictionis amantibus πολυπραγμονεῖν ἐπιτηδεύοντες pro πολυπραγμονοῦντες καὶ ἐπιτηδεύοντες. In omittenda autem voce ἐάσας eumdem Codicem ſequi nec volui, nec potui, quamquam enim ab χαίρειν, a qua pendet, longius, quod et Bergle-rus vidit, remota eſt, tamen abeſſe non poteſt.

COMMENTARIVS.

2. τοὺς ἀλαζόνας ἐκείνους τοὺς ἀνυποδήτους etc. Periphraſis philoſophorum ignominioſa ex Ariſtophane vbi in Nubibus v. 103. τοὺς ἀλαζόνας, Τοὺς ὠχριῶντας τοὺς ἀνυποδήτους λέγεις, Ὧν ὁ κακοδαίμων Σωκράτης. — *Bergler.* v. ſupra Lib. I. Ep. 3.

3. ἀλινδοῦνται. cf. infra Ep. 31. Eiusdem ſignificationis vocabula εἰλινδεῖσθαι et καλινδεῖσθαι habet Noſter Lib. I. Ep. 23. et 26. vbi vide notas.

7. ἡ σιπύη μεστὴ — οἱ δὲ ἀμφορεῖς οἴνου γέμοντες. Ariſtophanes in Pluto v. 807.

Ἡ μὲν σιπύη μεστή ἐστι λευκῶν ἀλφίτων,
Οἱ δ' ἀμφορεῖς οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου.

Bergler. Heſychius: Σιπύη. σιτηρὸν ἀγγεῖον, ἀρτοθήκη. v. et Interpretes ad Iul. Pollucem Lib. X. Segm. 131. et Ruhnkenium ad Callimachi fragmenta p. 573.

Epistola XV.

Κότινος Τρυγοδώρῳ.

Ὁ τρυγητὴς ἐγγύς, καὶ ἀρρίχων ἔστι μοι χρεία· δάνεισον οὖν μοι τούτων τοὺς περιττοὺς, ὅσον οὐκ εἰς μακρὸν ἀποδώσοντι. Ἔχω οὖν κἀγὼ πιθάκια πλείονα· εἰ οὖν δέοιο, προθύμως λάμβανε. τὰ γὰρ κοινὰ τῶν φίλων οὐχ ἥκιστα τοῖς ἀγροῖς ἐμφιλοχωρεῖν ἐθέλει.

ADNOTATIO CRITICA.

Τρυγοδώρῳ. Cod. Vind. B. ΤρυγοδωΝΙ.

2. ὅσον οὐκ εἰς μακρόν. Hic ὅσον, vt in ὅσον βραχὺ et ὀλίγον ὅσον, βραχὺ ὅσον. Pro μακρὸν poteſt etiam legi μακράν. Saepe occurrit οὐκ ἐς μακράν. Etiam apud Noſtrum Lib. I. Ep. 35. οὐκ εἰς μακρὰν δὲ ἀνιασομένοις. Nihil tamen hic mutandum. *Bergler.* v. etiam ſupra ad Ep. 6. huius libri.

3. πιθάκια. Forte πιθάκνια *Bergler* [et cum eo Maius et Gloſſ. Eichſtad.] Nihil tamen ego mutauerim, quia et infra Ep. 18. et 19. Πιθακίων, nomen viri, ex eodem fonte ortum. Omnino libri ſibi non conſtant. Cod. Vind. B. h. l. habet πιθάκνια. Barberin. contra ſupra Ep. 7. πιθάκια.

4. δέοιο. Vind. B. δέοι. Vulgata tamen praeſtat.

5. κοινὰ τῶν φίλων. Mallem, ait Berglerus, τὸ γὰρ, κοινὰ τὰ τῶν φίλων, adcuratius ſane, inprimis, ſi cum Cod. Vind. B. vltimam epiſtolae vocem ὀφείλει facias. Vulgata tamen non minus bene habet, et τὸ ἐθέλει elegantiam quamdam ſpirat.

COMMENTARIVS.

1. ἀῤῥίχων. Hesychius: Ἀῤῥιχος. κόφινος, ἢ ἀγγεῖον λύγινον. Eustathius in Od. Λ. p. 459. Κῆποι γὰρ Ἀδώνιδος φυτάρια ταχὺ ἀναθάλλοντα ἔσω χύτρας, ἢ ἀῤῥίχου καὶ ὅλως κοφίνου τινός. cf. et Etymol. M. et Moerin Atticistam h. v. et Casaubonum in Athen. IV. p. 154. *Alberti* ad Hesychium.

6. ἐθέλει. Ἐθέλειν, vti φιλεῖν, pro *solere*. vide Arnaldum Animadv. p. 169.

Epistola XVI.

Φυλλὶς Θρασωνίδῃ.

Εἰ γεωργεῖν ἐβούλου, καὶ νοῦν ἔχειν, ὦ Θρασωνίδη, καὶ τῷ πατρὶ πείθεσθαι, ἔφερες ἂν καὶ τοῖς θεοῖς κιττὸν καὶ δάφνας, καὶ μυρίνην, καὶ ἄνθη ὅσα σύγκαιρα· καὶ ἡμῖν τοῖς γονεῦσιν πυροὺς ἐκθερίσας, καὶ οἶνον ἐκ βοτρύων ἀποθλίψας, καὶ βδάλας τὰ αἰγίδια, τὸν γαυλὸν πληρώσας γάλακτος. Νῦν δὲ ἀγρὸν καὶ γεωργίαν ἀπαναίνῃ, κράνους δὲ ἐπαινεῖς τριλοφίαν, καὶ ἀσπίδος ἐρᾷς, ὥςπερ Ἀκαρνὰν ἢ Μηλιεὺς μισθοφόρος. Μὴ σύγε, ὦ παιδίον ἀλλ' ἐπάνιθι ὡς ἡμᾶς, καὶ τὸν ἐν ἡσυχίᾳ βίον ἀσπάζου (καὶ γὰρ ἀσφαλὴς καὶ ἀκίνδυνος ἡ γεωργία, οὐ λόχνυς, οὐκ ἐνέδρας. οὐ φάλαγγας ἔχουσα, ἡμῖν τε ὁ γηροκόμος ἐγγύς.) ἀντὶ τῆς ἐν ἀμφιβόλῳ ζωῆς τὴν ὁμολογουμένην ἑλόμενος σωτηρίαν.

ADNOTATIO CRITICA.

3. μυρίνην. Cod. Vind. B. μυρρίνην. v. Thom. Mag. p. 621.

Δ. καὶ ἡμῖν τοῖς γονεῦσι. Καὶ iſte liber non habet. Paullo poſt γάλον pro γαυλόν. vitioſe.

6. πληρώσας. Hoc recepi ex eodem Codice, pro vulgato πλήρη, quod flocci eſt. Reliqua totius loci conſtitutio in iſto Codice plura habet, quae meliora videntur, non tamen aeque neceſſaria. Sic enim ſcriptum inuenio: πληρώσας γάλακτος, σὺ δὲ (verba ἀγρὸν καὶ γεωργίαν ἀπαναίνῃ plane deſunt, ſcribae ſine dubio feſtinatione) κράνους ἐπαινεῖς τριλοφίαν. W.

9. Μηλιεύς. Vel ab vrbe Theſſaliae, cuius incola Dorice Μαλιεύς, [Μαλιεὺς eſt infra Ep. 58. ex Cod. Regio. v. et Apoſtolium Cent. XII, 3. et p. 324.] et a qua ſinus Maliacus, vel a Melo inſula, vna Cycladum, quae Gr. Μῆλος. Sic *Berglerus*. Cod. Vind. B. ὥσπερ ΤΙΣ Ἀκαρνὰν ἢ Μαμεύς, quem vbi terrarum inueſtigem, equidem neſcio. Berglerus ad Ep. 25. citat locum Ariſtophanis in Pace v. 1145. vbi eſt nomen ſerui Μανῆς, ex quo fortaſſe noſtrum corruptum.

13. γηροκόμος. In ambobus Mss. [in quibus et Noſter Vind. B.] γηρΩκόμος, praeter morem. Videtur autem dicere velle, tempus prope adeſſe, cum γηροκώμῳ indigeant: is autem debet eſſe filius pius. *Bergler*. Etymol. M. habet etiam per Ω. cf. et Suidam. Heſychius: Γηροκόμος, γηροτρόφος. ΓηρΩκόμος praefert etiam Abreſch. ad Heſychium. v. γηράσκοντα. — Aliam litem mouet Arnaldus Miſc. Obſerv. T. V. p. 289. ob verbum ἐγγὺς, quod vnde pendeat, neſcit, ideoque ſcribendum exiſtimat ἡμῖν τε γηροκόμος γίνου. [Gloſſ. Eichſtad. γενοῦ.] Audax, vti ipſe fatetur, coniectura, ſed quae ipſi neceſſaria videretur. Nihil tamen mutare ſuſtinui: ἐγγὺς enim referri poteſt ad iuuenem ipſum, qui, ſi domi maneret, propius ſeneſcentium parentum ſubſidium eſſe poſſet.

COMMENTARIVS.

2. ἔφερες ἂν καὶ τοῖς θεοῖς κιττὸν — καὶ ἄνθη, ὅσα σύγκαιρα. Sunt fere verba Menandri ἐν Γεωργῷ. Sermo eſt de agro

— — φέρει γὰρ ὅσα θεοῖς ἄνθη καλὰ
Κιττὸν, δάφνην. —

vbi recte nuper Phileleutherus Lipſienſis, ſiue Richardus Bentleius (audio enim virum ſummum nomen iam edidiſſe) reuocandum cenſuit illud ὅσα, eiecto ὡς, quod Grotius inculcauerat. *Bergler.*

5. βδάλας. Heſychius: Βδάλλει, ἀμέλγει. Schol. Theocr. ad XI. 35. Ἰστέον, ὅτι τὸ Ἀμέλγω κοινὸν, ὃ καὶ Βδέλλω, τὸ ἐκπιέζω — Ἀττικῶς δὲ βδάλλειν τὸ αὐτό. cf. Arnaldi Lectiones Graecas p. 44.

7. κράνους — τριλοφίαν. Τρίλοφον κράνος *trium criſtarum galeam* memorat Polyaenus Lib. VIII. c. 59. Luſitanos τριλοφίαις vſos fuiſſe dicit Strabo Lib. III. p. 231. Aeſchylus in oppugnatione Thebarum v. 390. de Tydeo:

— — τρεῖς κατασκίους λόφους
Σείει, κράνους χαίτωμα —

tres vmbroſas criſtas quatit, galeae iubam. *Bergler.* cf. et Cel. Beckium ad Ariſtoph. Aues v. 94.

9. Ἀκαρνὰν — μισθοφόρος. Videtur ad Comediam aliquam, maxime Menandri, reſpicere, in qua fuerit miles ex Acarnania. Lucianus in I. Dialogorum meretricum, qui omnes itidem ex Menandro videntur efficti, eodem videtur reſpexiſſe, cum Glyceram Thaidi ſic loquentem facit: Τὸν στρατιώτην, Θαΐ, τὸν Ἀκαρνᾶνα etc. Sunt autem et iſtae ambae in Menandreis Comoediis celebres. *Bergler.*

9. μὴ σύγε. Ellipſis in blandientium formula. *Noli, quaeſo te, hoc facere.* v. Valkenar. ad Eurip. Phoeniſſas p. 126.

10. τὸν ἐν ἡσυχίᾳ βίον ἀσπάζου, καὶ γὰρ ἀσφαλὴς ἡ γεωργία. Lib. I. Ep. 3. γεωργίᾳ δὲ συντραφῆναι, καὶ τὸν ἀσφαλῆ καὶ ἀδεᾶ βίον ἀσπάσασθαι. Est autem hic hyperbaton, ac proinde nonnihil obscuritatis, quam tollunt parentheseos signa. *Bergler.*

14. τὴν ὁμολογουμένην ἑλόμενος σωτηρίαν. Supra Ep. 7. ὁμολογουμένην — τοῦ ζῆν ἀσφάλειαν. *Bergler.*

Epistola XVII.

Χαιρέστρατος Ληρίῳ.

Ἐπιτριβείης, ὦ Ληρίον, κακὴ κακῶς, ὅτι με τῇ μέθῃ καὶ τοῖς αὐλοῖς κατακηλήσασα, βραδὺν ἀπέφηνας τοῖς ἐκ τῶν ἀγρῶν ἀποπέμψασιν. Οἱ μὲν γὰρ ἔωθεν προσεδόκων με φέροντα αὐτοῖς τὰ κεράμια (σκεύη,) ὧν ἕνεκα ἀφικόμην· ἐγὼ δὲ ὁ χρυσοῦς πάννυχος καταυλούμενος εἰς ἡμέραν ἐκάθευδον. Ἀλλ' ἄπιθι, ὦ τάλαινα, καὶ τοὺς ἀθλίους τουτουσὶ θέλγε τοῖς γοητεύμασιν· ἐμοὶ δὲ ἦν ἔτι ἐνοχλοίης, κακόν τι παμμέγεθες προσλαβοῦσα ἀπελεύσῃ.

ADNOTATIO CRITICA.

Ληρίῳ. An a stultitia? Non puto. Forte Λείριον. infra Ep. 45. Λειριόνη. Sic vnus e Gloss. Eichstad. v. tamen supra ad Ep. 11. Κρόνιον. — Cod. Vind. B. Ληρίωνι.

2. κατακηλήσασα. Cod. Vind. B. κατακοιμήσασα,

quod firmatur quodammodo sequenti ἐκάθευδον. Vulgatam tamen meliorem puto.

4. προσεδόκων με. Cod. Vind. B. inuertit: με προσεδ.

5. σκεύη. Hanc, ait Berglerus, vocem in Mss. exstantem separaui signis, quia aliunde eam irrepsisse puto. Idem existimat Arnaldus Miss. Obs. T. V. p. 285. Medebachio autem Amoenit. literar. p. 24. verior lectio videtur esse: φέροντα αὐτοῖς τὰ κεραμικὰ σκεύη. i. e. σκεύη κεράμου πεποιημένα, quod est apud Herodianum III, 9.

8. ἀθλίους. legendum potius ἀστικοὺς vrbicos, censet Berglerus, et in versione expressit. Nil tamen opus esse putauerim. Τουτουσὶ — δεικτικῶς, quos ad te visere video.

8. ἐμοὶ δὲ ἦν ἔτι. Cod. Vind. B. sic: ἐμοὶ γὰρ ἦν τι.

COMMENTARIVS.

1. Ἐπιτριβείης κακὴ κακῶς. vide supra ad Ep. 10.

5. ἐγὼ δὲ ὁ χρυσοῦς. Ita ironice et iocose Lucianus quoque *pro lapsu inter salutandum* § 1. T. III. Bip. p. 286. ἀφικόμενος παρὰ σὲ, ὡς προσείποιμι τὸ ἑωθινὸν, δέον τὴν συνήθη ταύτην φωνὴν ἀφεῖναι, καὶ χαίρειν κελεύειν· ἐγὼ δ' ὁ χρυσοῦς ἐπιλαθόμενος ὑγιαίνειν σε ἠξίουν. Et apud Aelianum Ep. penult. vbi senex conqueritur de filii sui fallaciis, cui tamquam honestam puellam ducturo, nuptias parauerit, deinde compererit eam esse tibicinam a lenone redemtam: ἐγὼ μὲν ἔθυον γάμους ὁ χρυσοῦς μάτην, καὶ περιῄειν ἐστεφανωμένος, οὐδὲν δέον. Ad Luciani illum locum Bourdelotius ex Aristaeneti Lib. I. Ep. 5. [vbi Abreschius plura suo more exempla adferre haud neglexit] quae est sub nomine Alciphronis scripta ad Lucianum, adnotauit, ὁ χρυσοῦς ἐστιάτωρ εἰσῄει, vbi figurate itidem is ita appellatur, qui imprudens magnas turbas daturus videbatur, quod Bourdelotius non monet, quamuis maxime ad rem faciat. Nec Mercerus de hac re quidquam, sed certiores ille nos facit χρυσοῦν *in laude* vbique poni *de homine elegan-*

tiore. Homo ſane ſuauis. *Bergler.* Iterum ſic apud Noſtrum Ep. 69.

6. εἰς ἡμέραν ἐκάθευδον. Horatius I. Ep. 2. *Cui pulcrum fuit in medios dormire dies, et Ad ſtrepitum citharae ceſſantem ducere curam. Bergler.*

Epistola XVIII.

Εὐσταχυς Πιθακίωνι.

Τοῦ ἐμοῦ παιδὸς γενέσια ἑορτάζων, ἥκειν σε ἐπὶ τὴν παιδαισίαν, ὦ Πιθακίων, παρακαλῶ. ἥκειν δὲ οὐ μόνον, ἀλλ' ἐπαγόμενον τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ παιδία, καὶ τὸν συνέργαστρον· εἰ βούλοιο δὲ, καὶ τὴν κύνα, ἀγαθὴν οὖσαν Φύλακα, καὶ τῷ βάρει τῆς ὑλακῆς ἀποσοβοῦσαν τοὺς ἐπιβολεύοντας τοῖς ποιμνίοις· ἡ τοιαύτη οὐκ ἂν ἀτιμάζοι τὸ δαιτυμὼν εἶναι σὺν ἡμῖν. Ἑορτάσομεν δὲ μάλ' ἡδέως, καὶ πιόμεθα εἰς μέθην, καὶ μετὰ τὸν κόρον ᾀσόμεθα. καὶ ὅστις ἐπιτήδειος κορδακίζειν, εἰς μέσους παρελθὼν, τὸ κοινὸν ψυχαγωγήσει. Μὴ μέλλε οὖν, ὦ φίλτατε, καλὸν γὰρ ἐν ταῖς κατ' εὐχὴν ἑορταῖς ἐξ ἑωθινοῦ συντάττειν τὰ συμπόσια.

ADNOTATIO CRITICA.

1. παιδός. Cod. Vind. B. habet παιδίου.

1. γενέσια. I. Conr. Schwarzius in *Monumentis ingeniorum huius et ſuperioris memoriae* T. II. p. 76. ni-

mirum, vt puram N. T. Graecitatem defendat, ita: *Alciphroni delicatum iudicium verborum nemo fortasse abiudicauerit. At is γενέσια pro γενεθλίοις non erubuit.* III, 18. et 55.

1. ἑορτάζων — παρακαλῶ. Prope pudet adscribere, quae ineptus h. l. scriba Cod. Vind. B. dedit: ἑώρταζον et παρακαλεῖν.

4. συνέργαστρον. Ita vterque Ms. Vatican. et Caesar. v. notas ad Ep. proxime sequentem.

7. ἡ τοιαύτη. Cod. Vind. B. ἡ δὲ τοιαῦτα.

7. ἀτιμάζοι τό. Leuiter hic mutaui scripturam Mstorum, quae haec est: οὐκ ἂν ἀτιμάζοιτο δαιτυμὼν εἶναι. *Bergler.* Gloss. Eichst. ἀτιμάζοιτο praefert, et fortasse μὴ abesse censet.

8. μάλ' ἡδέως. Cod. Vind. B. μᾶλλον ἡδέως.

11. παρελθών. Malit quis fortasse προελθών. Sed sic amat Alciphron v. Ep 20. et 66.

11. τὸ κοινόν. Cod. Vind. B. scriba male omisit

12. κατ' εὐχήν. Idem liber κατ ευχας.

COMMENTARIVS.

Πιθακίωνι. Infra Ep. 46. est huius nominis caupo.

1. τοῦ ἐμοῦ παιδὸς γενέσια — παρακαλῶ. Lucianus in Gallo s. Somnio §. 9. T. VI. Bip. p. 302. θυγατρὸς τήμερον ἐστιῶ γενέθλια, καὶ παρεκάλεσα τῶν φίλων μάλα πολλούς· ἥκε λουσάμενος. *Bergler.*

2. πανδαισίαν. Hesychius: Πανδαισία· ἡ πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν ἡδονὰς παρέχουσα εὐωχία ἢ πολυτελὴς τράπεζα. it. πανδαισίαν, τὴν παντοδαπὰ ἐδέσματα καὶ πολυτελῆ ἔχουσαν (τράπεζαν) v. et Suidam et Harpocrationem.

4. καὶ τὴν κύνα, ἀγαθὴν οὖσαν. Suaue est, canem etiam inuitari ad coenam, et quod additur, fore, vt is conviuium non adspernetur. Similiter Aelianus Epist. III. sed simplicitatem ibi nimis [cur hoc?] adfectans, Rusticum facit

haec scribentem: τὴν οἶν τὴν τὰ μαλακὰ ἔρια, ἣν ἐπαινῶ πρὸς σὲ, παρ' ἐμοῦ πρόσειπε· καὶ τῷ βοϊδίῳ, καὶ τὴν κύνα. In Comoedia opportune talia quandoque fiunt, vt apud Aristophanem in Pluto v. 1104. cum nuntius euocari totam familiam vellet, dicit ad eum, qui prodierat, seruum: ἀλλ' ἐκκάλει τὸν δεσπότην τρέχων ταχύ· ἔπειτα τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παιδία· ἔπειτα τοὺς θεράποντας· εἶτα τὴν κύνα· ἔπειτα σαυτόν· εἶτα τὴν ὗν. *Bergler.* Comicum inprimis, quod seruum medium collocat canem inter et suem.

Epistola XIX.

Πιθακίων Εὐστάχυϊ.

Κοινωνικὸς ὢν καὶ φιλέταιρος ὄναιο σαυτοῦ, καὶ τῆς γυναικὸς, καὶ τῶν παιδίων, ὦ Εὔσταχυ. ἐγὼ δὲ τὸν κλῶπα φωράσας, ἐφ' ᾧ πάλαι ἠσχαλλον, τὴν ἐχέτλην ὑφελομένῳ καὶ δύο δρεπάνας, ἔχω παρ' ἐμαυτῷ, τοὺς κωμήτας ἀναμένων ἐπικούρους. Νῦν γὰρ οὐκ ἐδοκίμαζον, ἀσθενέστερος ὢν καὶ μόνος, τῷ χεῖρε ἐπιβάλλειν αὐτῷ· ὁ μὲν γὰρ δριμὺ βλέπει, καὶ τοξοποιεῖ τὰς ὀφρῦς, καὶ σφριγῶντας ἔχει τοὺς ὤμους, καὶ ἁδρὰν τὴν ἐπιγουνίδα φαίνει· ἐγὼ δὲ ὑπὸ τῶν πόνων, καὶ τῆς δικέλλης κατέσκληκα; καὶ τύλους μὲν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχω, λεπτότερον δέ μοι τὸ δέρμα λεβηρίδος. Ἡ μὲν οὖν γυνὴ καὶ τὰ παιδία εἴσω βαδιοῦνται, καὶ τῆς εὐωχίας μεθέξουσιν· ὁ δὲ σύργαστρος μαλακῶς ἔχει τὰ νῦν· ἐγὼ δὲ καὶ ἡ κύων τὸν μιαρὸν οἴκοι φυλάξομεν.

ADNOTATIO CRITICA.

1. *Φιλέταιρος.* Cod. Vind. B. male *Φιλαίτερος.*

4. *ἐχέτλην.* Vulgata *ἐχέπλην* fortaſſe operarum vitio. Illud recte Cod. Vind. B. Heſychius: *Ἐχέτλη. ὁ κατέχει ὁ ἀρότης τοῦ ἀρότρου. καὶ ἡ αὔλαξ, καὶ ἡ σπάθη τοῦ ἀρότρου.* Eſt apud Heſiodum *Ἔργ.* v. 467. vbi et effigies in edit. Clerici Amſt. 701.

7. *ἐπιβάλλειν αὐτῷ.* Dedi nunc, vti ſcriptum et diſtinctum inueni in Cod. Vind. B. additis nempe voculis *καὶ* et *αὐτῷ*, et inciſo poſt *μόνος* poſito. Vulgata enim erat haec: *ἀσθενέστερος ὢν, μόνος τῷ χεῖρε ἐπιβάλλειν*, quod explicari bene poterat, ſed illud praeſtare viſum eſt.

12. *λεπτότερον.* Nihil mutant Codices, nec contexto mouit *Berglerus*, vertit tamen, quaſi eſſet *κενώτερον*, hac addita ratione: Adnotarunt Grammatici Graeci, tria prouerbia duci *ἀπὸ τῆς λεβηρίδος* (qua voce inter alia *exuuium* et *pellicula* ſignificatur) nempe *τυφλότερος λεβηρίδος — κενώτερος λεβηρίδος —* et *γυμνότερος λεβηρίδος.* Heſychius et Suidas in *Γυμνότερος* [Heſychius ſic: *Ἀριστοφάνης φησὶ τυφλότερος λεβηρίδος. ἔστι δὲ λεβῆρις τὸ τοῦ ὄφεως ῥῆγος, διὰ τὸ ΛΕΠΤΟΝ εἶναι.* Ergo *λεπτότερον* haberet tamen, quo ſe tueretur.] *Τριχῇ δὲ ἀναγράφουσι τὴν παροιμίαν· καὶ οἱ μὲν τυφλότερος λεβηρίδος, οἱ δὲ κενώτερος,* (ſic Alberti) *οἱ δὲ γυμνότερος.* cf. eumdem Heſychium. v. *Λεβηρίς.*

13. *εἴσω βαδιοῦνται.* Ita ex Ms. Vaticano [et Cod. Vind. B.] Lego autem potius *εἰς σὲ*, vel *εἴς σε*, de quo ſupra ad Lib I, 4. *εἰς τὸν ἄνδρα ἐπάνιθι.* Poteſt etiam legi *ὡς σὲ*, vt Lib. I. 5 *ὡς σεαυτόν.* Vide et I, 28. *ἥκειν ὡς ἑαυτήν. Bergler.* Gloſſ. Eichſt, *εἰς σὲ* vel *σοῦ.*

14. *σύργαστρος.* Ita ex Caeſareo, ex Vaticano habemus *σύγγαστρος.* Epiſtola antecedente, cui haec reſpondet, conſentiebant in *συνέργαστρον*, quod quidem analogia non caret, poteſtque ſignificare *τὸν συνεργάτην* et *συνεργὸν*, ſed adnotatum non-

dum vidi a Lexicographis. De σύργαστρος autem Phauorinus: Σύργαστρος ὑοφορβὸς, ἐργάτης, quae videtur partim ex Etymologo sumsisse, qui ita: Σύργαστρος, ὑοφορβὸς, ἐργάτης, partim ex Hesychio, sed emendando, vt ex serie vocum adparet, nam ibi Συογάστωρ editum inter voces, quae ρ post ο habent, exponit autem συοφορβὸς, καὶ ὄνομα βαρβαρικόν. [Recte Bergl. Hesychii συόγαστρον in σύργαστρον mutari voluit, consentiente Kuestero. Addit Alberti ad vocem ex Photii Lex. Ms. σύργαστρος, ὕφορμος, ἐργάτης, pro quo tamen scribendum ὑοφορβός.] Etsi autem σύργαστρος hoc pacto confirmetur, et epistola antecedente de eodem homine dicatur συνέργαστρος, tamen nihil temere ibi mutandum putaui, cum videam, vocem ἐργάτης, per quam σύργαστρος semel exponitur, conuenire potius cum συνέργαστρος. Quod autem ex Vaticano est σύγγαστρος, vi vocis idem esset, quod ἀδελφός. *Bergler.*

COMMENTARIVS.

1. ὄναιο σαυτοῦ. Synesius Ep. 117. δικαιότατος γὰρ εἶ, καὶ καλῶς τῷ δύνασθαι χρώμενος. ὅπως οὖν ὄναιο τῆς σῆς φύσεως καὶ δυνάμεως. etc. Lucianus in Philopseude (T. VII. Bip. p. 278. et Reitzium ibi p. 549.) οὕτως ὀναίμην, ἔφη, τούτων — ὡς ἀληθῆ πρός σὲ ἐρῶ. Euripides Iphigenia in Aulide 1050. ὄναιο, συνεχῶς δυστυχοῦντας ὀφελῶν. Ibidem v. 1430. ad eum, qui auxilium promittebat, dicitur ὄναιο τῶν φρενῶν, et Iphigenia in Tauris 1080. ad eos, qui facturos se rogata dixerant, ὄναισθε μύθων καὶ γένοισθ' εὐδαίμονες. *Bergler.* — Hesychius ὀναίμην. τύχοιμι, ἀπολαύσαιμι, ὠφεληθείην, vbi Alberti etiam Berglerum laudauit.

3. κλῶπα. Vtitur hac voce aliquoties Herodotus. *Bergler.*

3. ἤσχαλλον. Hesychius: ἀσχάλλει. ὀχλοῦται, λυπεῖται, ἀδημονεῖ, ἀγανακτεῖ. Timaeus: ἤσχαλλον. ἐδυσχέραινον. vbi v. Ruhnkenium.

5. κωμήτας, *eiusdem vici, vicinos.* Aristoph. Nub. v. 962. Hesychius: Κωμήτης, γείτων. W.

7. δριμὺ βλέπει. Aristophanes in Ranis v. 564. ἔβλεψεν εἰς ἐμὲ δριμύ. Luc. Pseudol. §. 32. T. VIII. Bip. p. 88. δριμὺ εἰς σὲ ἀποβλέψειεν. *Bergler.* Aelianus V. H. Lib. XIV, 22. ἐνορᾶν δριμύ.

8. τοξοποιεῖ τὰς ὀφρῦς. Aristophanes in Lysistrata v. 8. οὐ γὰρ πρέπει σοι τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς. cf. ibi Scholiasten. Ibidem et antecedens, τὸ χεῖρε ἐπιβάλλειν v. 440. εἶτ' ἄρα — ταύτῃ μόνον τὴν χεῖρ' ἐπιβαλεῖς, ἐπιχεσεῖ πατούμενος, et in Nubibus v. 930. τὴν χεῖρ' ἐπιβάλλεις; *Bergler.* Hesychius: τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς. συστρέφειν αὐτάς. cf. et Suidam.

8. σφριγῶντας ἔχει τοὺς ὤμους. Itidem in Lysistrata v. 80. ὡς δ' εὐχροεῖς, ὡς δὲ σφριγᾷ τὸ σῶμά σου. et in Nubibus v. 797. εὐσωματεῖ γὰρ καὶ σφριγᾷ. *Bergler.* Supra Lib. I. Ep. 39. ἄτοκος καὶ σφριγῶσα. Plura vide ap. Ruhnkenium ad Timaeum. h. v. Villoisonum ad Longum p. 179. et 191.

9. τὴν ἐπιγουνίδα φαίνει. Ex Homero Odyss. Σ. v. 73. οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει. *Bergler.* Apollonius: Ἐπιγουνίδα. τὸ σεσαρκωμένον μέρος τοῦ μηροῦ πρὸ τοῦ γόνατος, ἀπὸ τοῦ Ἐπιγεγονέναι ἐκ τῶν ὠμῶν σάρκωσιν.

Epistola. XX.

Ναπαῖος Κρηνιάδῃ.

Οἶσθά με ἐπισάξαντα τὴν ὄνον σύκα καὶ παλάθας; καταγαγόντα οὖν, ἕως οὖ ταῦτα ἀπεδόμην τῶν τινὶ γνωρίμων, ἄγει μέ τις λαβὼν εἰς τὸ θέατρον, καὶ καθίσας ἐν καλῷ, διαφόροις ἐψυχαγώγει θεωρίαις. Τὰς μὲν οὖν ἄλλας οὐ συνέχω τῇ μνήμῃ, εἰμὶ γὰρ τὰ τοιαῦτα καὶ εἰδέναι καὶ ἀπαγγέλλειν κακός· ἓν δὲ ἰδὼν, ἀχανὴς ἐγώ σοι καὶ μικροῦ δεῖν ἄναυδος. Εἷς γάρ τις εἰς μέσους παρελθὼν, καὶ στήσας τρίποδα, τρεῖς μικρὰς παρετίθει παροψίδας, εἶτα ὑπὸ ταύταις ἔσκεπε μικρά τινα καὶ λευκὰ καὶ στρογγύλα λιθίδια, οἷα ἡμεῖς ἐπὶ ταῖς ὄχθαις τῶν χειμάρρων ἀνευρίσκομεν· ταῦτα ποτὲ μὲν κατὰ μίαν ἔσκεπε παροψίδα, ποτὲ δὲ, οὐκ οἶδ' ὅπως, ὑπὸ τῇ μιᾷ ἐδείκνυ, ποτὲ δὲ παντελῶς ἀπὸ τῶν παροψίδων ἠφάνιζε, καὶ ἐπὶ τοῦ στόματος ἔφαινεν· εἶτα καταβροχθίσας, τοὺς πλησίον ἑστῶτας ἄγων εἰς μέσον, τὴν μὲν ἐκ ῥινὸς τινὸς, τὴν δὲ ἐξ ὠτίου, τὴν δὲ ἐκ κεφαλῆς ἀνῃρεῖτο· καὶ πάλιν ἀνελόμενος ἐξ ὀφθαλμῶν ἐποίει. Κλεπτίστατος ἄνθρωπος, ὑπὲρ ὃν ἀκούομεν Εὐρυβάτην τὸν Οἰχαλιέα. Μὴ γένοιτο κατ' ἀγρὸν τοιοῦτο θηρίον, οὐ γὰρ ἁλώσεται ὑπ' οὐδενὸς, καὶ πάντα ὑφαιρούμενος τὰ ἔνδον, φροῦδά μοι τὰ κατ' ἀγρὸν ἀπεργάσεται.

ADNOTATIO CRITICA.

Κρηνιάδῃ, quod iam coniecerat vnus ex Gloſſ. Eichſt. pro Κρινιάδῃ vulgato, firmatur Cod. Vind. B. et Ναπαίῳ conuenit.

1. παλάθας. Vulgatam πάλαθα ex Vaticano ſumſerat Berglerus. Quamuis autem, ita pergit, πάλαθον et πάλαθα non adnotauerint Lexicographi, ſed παλάθη, nihil tamen mutandum putaui. Nec παλάθια adnotarunt; occurrit tamen παλαθίων ſine dubio inde apud Suidam in παλάθαι.

Παλάθας ego recepi ex Cod. Vind. B. nec aliter infra Ep. 51. Verum his non contentus alia etiam eodem Codice duce addere vel mutare conſultum duxi. Vulgata erat: ὄνον πάλαθα. καταγαγόντα οὖν ἕως οὗ. Vindobon. ὄνον ΣΥΚΑ ΚΑΙ παλάθαΣ καταγαγόντα; ἕως ΟΥΝ etc. Quae excidiſſe viderentur, σύκα καὶ, recepi lubens; [σύκα ſunt *virides*, παλάθαι *aridae ficus*) *in maſſam coactae*, et ſequens ταῦτα duo Subſt. poſtulare videtur) placuit etiam ſignum interrogationis (nec tamen ſuo loco poſitum), ἕως οὖν autem meum non feci. Poſito ergo interrogationis ſigno poſt παλάθας, retentoque ἕως οὗ ſic interpretor: *Noſtin', me aſi um ficubus et viridibus et ari is oneraſſe? Quem quum in ſtabulum deduxiſſem, donec* (ficus) *vendere poſſem* etc. Gloſſ. Eichſtad. καταγαγόντα (deuerſantem) ἀπεδόμην ΠΑΡΑ τῶν (deponerem apud) quae ſi cui prae meis placent, non inuideo.

3. λαβών. Reſtitui ex Cod. Vind. B. Amant Graeci eiusmodi Participia verbis addita, quorum exempla hic adferre putidum eſſet. W.

7. ἐν δὲ ἰδών. Vulgata εἰδώς, quod huc non conuenit. Seruaui tamen ob antecedens μὲν particulam δὲ, quam Cod. Vind. B. ignorat.

8. εἴς γάρ τις. Τὶς addidi ex eodem Codice, ſic enim ſolent elegantiores Graeci, quorum in numero et Alciphronem meum velim haberi. W.

9. παρετίθει. Cod. Vind. ἐπετίθει.

10. μικρὰ καὶ λευκά. Idem liber inuertit: λευκά τινα καὶ μικρὰ, vti paullo post pro κατὰ μίαν ἔσκεπε — ἔσκεπε κατὰ μίαν.

18. ἐξ ὠτίου. Vulgata ὠτίων. Singularem habet Cod. B. Nil verius. Quum enim tres tantum globuli essent, quorum vnum ex nare, alterum ex capite praestigiator depromsisset, *vni* tantum auri locus relictus est.

21. Οἰχαλιέα. Cod. Vind. Οἰχαλέα, male.

23. τὰ ἔνδον. Idem liber contrahit τἄνδον.

24. τὰ κατ' ἀγρόν. Sic ex eodem libro pro κατὰ τὸν ἀγρόν.

COMMENTARIVS.

1. Παλάθας. Hesychius: Παλάθη. ἡ τῶν σύκων ἐπάλληλος θέσις. — Παλάθαι. σύκων μαζία (mel. μάζα.) — Πλασία (παλασία) τὰ συγκεκομμένα σῦκα. καὶ διὰ τοῦ θ πλαθία (παλαθία) καὶ παλάθη. Photii Lex. Ms. Παλάσια, τὰ συγκεκομμένα σῦκα, παλάθην λέγουσι, καὶ παλαθίδα. εἶναι δὲ ἐξ ἰσχάδων ἢ σύκων κεκομμένοι βῶλοι πλινθοειδεῖς. v. et Palmerium ad Luciani Vitar. auctionem T. III. Bip. 447. Hemsterhusium ib. p. 449.

3. τῶν τινὶ γνωρίμων. Eleganter pro τῶν γνωρίμων τινὶ, vel τινὶ τῶν γνωρίμων. Sic τῶν τινὲς στρατιωτῶν apud Herodotum Lib. II. Segm. 103. et 162. τῶν τις Αἰγυπτίων, et Lib. IV. Segm. 79. τῶν τις Βορυσθενειτῶν. *Bergler.* cf. Hemsterhusium ad Luciani Nigrinum T. I. Bip. p. 294. qui et Nostrum laudat.

4. καθίσας ἐν καλῷ. Aristophanes in Eccles. v. 299. ποῦ ποῦ καθίζωμ' ἐν καλῷ, τῶν ῥητόρων ἵν' ἐξακούω. — — *vbi vbi sedeam* loco commodo, *oratores vt audire possim? Bergler.*

7. ἀχανὴς ἐγώ σοι καὶ ἄναυδος. *Raris turbatus vocibus hisco*, Virgil. Aen. III. 314. Coniunxit ἀχανὴς et ἄφωνος de *attonito* Comicus quidam apud Athenaeum Lib.

VII. p. 290. Est autem character rusticae simplicitatis et imperitiae, quod iste tantopere obstupuit spectaculo praestigiatoris, quod narrabit. *Bergler.* cf. Tib. Hemsterhusium ad Xenoph. Ephes. Misc. Obseru. T. X. p. 217. et Pierſonum ad Moerin p. 59.

11. λιθίδια. Alias ψῆφον, *calculi* dicuntur, vnde hoc genus praestigiatorum. ψηφοπαῖκται et ψηφοκλέπται, [et ψηφολόγοι.] de quibus diligenter egit Casaubonus ad Athenaeum Lib. I. c. 15. congestis vndique locis veterum: Sed nihil simile potuit adferre huic narratiunculae, quae plane ad viuum exprimit omnia, itidem vt hodienum ostenduntur a solertioribus artificibus. *Bergler.* Eiusmodi artifices omnino audiebant θαυματοποιοί. vide eumdem Casaubonum ad Theophrasti Char. p. 85. Fisch. Sic apud Athenaeum Lib. I. p. 20. Διοπείθης — ὑποζωννύμενος οἶνου κύστεις μεστὰς καὶ γάλακτος, καὶ ταύτας ἀποθλίβων, ἀνιμᾶν ἔλεγεν ἐκ τοῦ στόματος — Lib. IV. p. 129. θαυματουργοὶ γυναῖκες, εἰς ξίφη κυβιστῶσαι, καὶ πῦρ ἐκ τοῦ στόματος ἐκριπίζουσαι. infra ap. Nostrum Ep. 72. est Ἰωνικὴ παιδίσκη, τὰς σφαίρας ἀναῤῥύπτουσα καὶ τὰς λαμπάδας περιδύνουσα, quae tamen saltatrix potius esse videtur. — Παρόψιδες Alciphronis Senecae Ep. 45. sunt *acetabula* praestigiatorum, quae acetabula medio, quod vocant, aeuo *caucula* adpellata, vnde *Caucularii* et *Cauculatores* [nostrum Gaukler?] pro incantatoribus in Capitulariis Caroli M. v. Salmas. ad scriptores Hist. Aug. T. I. p. 667. Hak. — Vide etiam Barthelemium in Anarchasi in fine c. 25. et Becmanum (Gesch. der Erfindungen T. IV. P. I. p. 55. ff.)

20. κλεπτίστατος — ὑπὲρ οὗ ἀκούομεν Εὐρυβάτην. De voce κλεπτίστατος dico ad Aristophanis Plutum v. 27. [sed solum ibi laudat Eustathium p. 867. l. 61.] Quod ad Eurybaten attinet Aristaenet. Lib. I. Ep. 20. τὸν κλέπτην Εὐρύβατον. Lucianus in Pseudomanti (T. V. Bip. p. 66. et ibi not.) αὐτίκα μάλα τῶν ἐπὶ κακίᾳ διαβοήτων ἀκρότατος ἀπετελέσθη, ὑπὲρ τοὺς Κέρκωπας, ὑπὲρ τὸν Εὐρύβατον. Diotimus apud Suidam in Εὐρύβατος

Κέρκωπές τοι πολλὰ κατὰ τριόδους πατέοντες
Βοιωτῶν σίνοντο. γένος δ' ἔσαν Οἰχαλιῆες,
Ὦλός τ' Εὐρύβατός τε, δύω βαρυδαίμονες ἄνδρες.

Cercopes multa in triuiis proterentes Boeotorum, nocebant. Genere autem erant Oechalienſes; Olus (ſiue Sollus) *et Eurybatus, ambo pernicioſi homines.* Conſtat autem aliunde etiam bifariam ſcribi Εὐρύβατος et Εὐρυβάτης. In ipſa etiam hiſtoria circa haec omnia varietas magna eſt. *Bergler.* cf. et Heſychium v. Δημοκλεῖδαι.

Epistola XXI.

Εὐνάπῃ Γλαύκῃ.

Ὁ μὲν ἀνὴρ ἀπόδημος ἐστί μοι, τρίτην ταύτην ἡμέραν ἔχων ἐν ἄστει· ὁ δὲ θητεύων παρ' ἡμῖν Παρμένων, ζημία καθαρὰ, ῥάθυμος ἄνθρωπος, καὶ τὰ πολλὰ καταπίπτων εἰς ὕπνον. Ὁ δὲ λύκος ἀργαλέος πάροικος, καὶ βλέπων φονῶδές τι καὶ ὠμοβόρον, Χιόνην τὴν καλλίστην τῶν αἰγῶν ἐκ τοῦ Φελλέως ἁρπάσας οἴχεται· καὶ ὁ μὲν δειπνεῖ ἀγαθὴν αἶγα καὶ εὐγάλακτον, ἐγὼ δὲ δάκρυα τῶν ὀφθαλμῶν ἀπολείβω. Πέπυσται δὲ τοιούτων οὐδὲν ὁ ἀνήρ· εἰ δὲ μάθῃ, κρεμήσεται μὲν ἐκ τῆς πλησίον πίτυος ὁ μισθωτός· αὐτὸς δὲ οὐ πρότερον ἀνήσει, πάντα μηχανώμενος, πρὶν τὰς παρὰ τοῦ λύκου δίκας εἰσπράξασθαι.

ADNOTATIO CRITICA.

3. Παρμένων. Cod. Vind. B. καὶ παραμένων.

5. καὶ βλέπων. καὶ addidi ex eodem libro.

6. ὠμοβόρον. Ita ex Caes. Ex Vaticano habemus αἱμοβόρον. *Bergler.*

6. καλλίστην. Cod. Vind. B. καλλιστεύουσαν.

9. ἀπολείβω. Idem liber ἀποθλίβω.

10. μάθῃ. Id. Codex μάθοι.

12. αὐτὸς δὲ οὐ πρότερον ἀνήσει πάντα μηχανώμενος. Haec ex Vaticano ita: ὁ μισθωτὸς αὐτὸς οὐ πρότερον ὄνησιν μηχανώμενος, prima voce ab antecedentibus ad sequentia relata per distinctionem; ex Caesareo autem ita: μισθωτός. αὐτὸς δὲ οὐ πρότερον ἀνέσει etc. Omnia recte, nisi quod pro ἀνέσει legendum ἀνήσει, ad quod manuducit illud ὄνησιν. Itaque non dubitaui ita edere. *Bergler.*

COMMENTARIVS.

2. ἔχων. *versans, morans.* v. Reitzium ad Luciani Parasitum §. 10. T. VII. Bip. p. 443.

3. ζημία καθαρά. Aristophanes in Acharnensibus v. 737. — τίς δ' οὕτως ἄνους, Ὅς ὑμέ κα πρίαιτο, Φανερὰν ζημίαν; *quis tam demens, qui vos emat manifestum damnum? Bergler.* — Infra Ep. 38. est ζημία λαμπρά. v. omnino Ruhnken. ad Xen. Memorabilia p. 228.

5. ὁ δὲ λύκος ἀργαλέος πάροικος. Aelianus Ep. XIII. σὺ δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως ἄγροικος εἶ, καὶ γείτοσιν οὐκ ἀγαθὸς πάροικος. — — καὶ μέγα κέκραγας ἰδὼν ἄνθρωπον, ὡς διώκων λύκον, καὶ ἀργαλέος εἶ. Καὶ τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, ἁλμυρὸν γειτόνημα (*salsa vicinia.*) *Bergler.*

7. ἐκ τοῦ Φελλέως. Aristophanes in Nubibus v. 71. ὅταν μὲν οὖν τὰς αἶγας ἐκ τοῦ Φελλέως, scil. ἐλαύνῃς. Est autem Φελλεὺς locus asper et salebrosus, peculiariter vnus

in Attica ita dictus. *Bergler.* — Occurrit iterum infra Ep. 70. Dignus inprimis, quem legas, Ruhnkenius ad Timaeum p. 269. f.

Epistola XXII.

Πολύαλσος Εὐσταφύλῳ.

Πάγην ἔστησα ἐπὶ τὰς μιαρὰς ἀλώπεκας, κρεάδιον τῆς σκανδάλας ἀφάψας. Ἐπεὶ γὰρ ἐπολέμουν τὰς σταφυλὰς, καὶ οὐ μόνον τὰς ῥάγας ἔκοπτον, ἀλλ' ἤδη καὶ ὁλοκλήρους ἀπέτεμνον τῶν οἰνάρων τοὺς βότρυς, ὁ δεσπότης δὲ ἐπιστήσεσθαι κατηγγέλλετο· (ἀργαλέος ἄνθρωπος, καὶ δριμὺς, γνωμίδια καὶ προβουλευμάτια συνεχῶς ἐπὶ τῆς πυκνὸς Ἀθηναίοις εἰσηγούμενος, καὶ πολλοὺς ἤδη διὰ σκαιότητα τρόπου καὶ δεινότητα ῥημάτων ἐπὶ τοὺς Ἑνδεκα ἀγαγών) δείσας, μή τι πάθοιμι κἀγὼ, καὶ ταῦτα τοιούτου δεσπότου ὄντος, τὴν κλέπτην ἀλώπεκα συλλαβὼν ἐβουλόμην παραδοῦναι. Ἀλλ' ἡ μὲν οὐχ' ἥκε· Πλαγγὼν δὲ, τὸ Μελιταῖον κυνίδιον, ὃ τρέφομεν ἄθυρμα τῇ δεσποίνῃ προσηνὲς, ὑπὸ τῆς ἄγαν λιχνείας ἐπὶ τὸ κρέας ὁρμῆσαν, κεῖταί σοι τρίτην ταύτην ἡμέραν ἐκτάδην, νεκρὸν, ἤδη μυδῆσαν. Ἔλαθον οὖν ἐπὶ κακῷ κακὸν ἀναῤῥιπίσας. Καὶ τίς παρ' ἀνθρώπῳ σκυθρωπῷ τῶν τοιούτων συγγνώμη; Φευξόμεθα ἢ ποδῶν ἔχομεν, χαιρέτω δὲ ὁ ἀγρὸς καὶ τἀμὰ

πάντα· ὥρα γὰρ σώζειν ἐμαυτὸν, καὶ μὴ παθεῖν ἀναμένειν, ἀλλὰ πρὸ τοῦ παθεῖν φυλάξασθαι.

ADNOTATIO CRITICA.

2. ἀφάψας. Cod. Vind. ἀπαρτήσας. — Melius etiam foret σκανδάλης.

3. τὰς σταφυλάς. Gloss. Eichst. ταῖς σταφυλαῖς.

7. συνεχῶς ἐπὶ τῆς πυκνὸς Ἀθηναίοις. Vulgata breuius: συνεχῶς πρὸς Ἀθηναίους εἰσηγούμενος. Ex Cod. Vind. B. τὴν πνύκα restitui, quae, quid esset, librarius fortasse nescivit.

8. καὶ πολλοὺς ἤδη. καὶ deest in eodem libro.

12. κλέπτην. ex Vaticano. Ex alio Vaticano τοὺς κλέπτους ἀλώπεκας habemus. Prius illud recipere visum est, quia proxime abest a vera scriptura, quam puto esse τὴν κλεπτιστάτην ἀλώπεκα, et ita verti. *Bergler.* — Abreschius in Animaduerss. ad Aeschylum T. I. p. 94. monet quidem, immerito κλέπτην suspectum fuisse Berglero, quum vbiuis obuia sint non Masculina solum, sed et sequioris sexus nomina Adiectivorum instar cuiuscumque generis Substantiuis iuncta, quorum et ipse largam copiam attulit, et Salmas. ad Simmiae ouum p. 246. Meursium ad Lycophr. v. 496. et Cuperum Obs. I, c. 17. laudauit; — nec tamen ideo damnare vel potuit vel voluit Abreschius Femininum Feminino additum, hoc tantum voluit, κλέπτην retinendum esse, quod Codice Vaticano firmetur. At vero sequioris sexus formam praefert Cod. Vind. B. κλέπτιν, quam, etsi vtriusque Codicis auctoritas par est, recipere tamen nolui, vt gratiam inirem eorum, qui receptam semel, ceteris paribus, lectionem tuendam esse iubent.

13. Πλαγγών. Sic etiam in Ep. inedita, quam ex Dorvilio ad Charit. p. 295. infra in Fragmentis dabimus. Cod. Vind. B. πλαγγῶν.

15. λιχνείας. Idem liber λιχνίας.

18. παρ' ἀνθρώπῳ σκυθρωπῷ. Addito ἀνθρώπῳ reſtinxi ex Cod. Vind. B. vbi per compendium ſcripturae παρ' ἄνων σκυθρωπῷ. Mihi quidem hoc praeſtare vulgatae παρὰ τῷ σκυθρωπῷ viſum eſt.

21. ἐμαυτόν. Idem Vind. αὐτόν. Voluit fortaſſe ἑαυτόν, quod amat Alciphron.

COMMENTARIVS.

1. πάγην. Heſychius: Πάγη. παγὶς, ποδάγρα, βρόχος. Lycophr. v. 407. Aelian. V. H. I, 1. 2. W.

2. τῆς σκανδάλας. Haec vox nondum adnotata eſt, quod ſciam. Videtur idem ſignificare, quod σκανδάληθρον, quod eſt pars muſcipulae vel decipulae, de quo multa nuper viri docti ad Iulium Pollucem. (Lib. X. Segm. 156.) *Bergler*, qui deinde ad Ariſtophanis Acharn. v. 687. σκανδάληθρ' ἱστὰς ἐπῶν haec adſcripſit: „Σκανδάληθρα ſunt „*ſcandala*, ligna quaedam incurua in muſcipulis ſiue tendi „culis, vt colligitur ex Scholiaſte, et ex Heſychio in σκανδα „λοθρίστας.“ [qui ex iſto Ariſtophanis loco emendandus eſt. v. Alberti.]

3. ῥάγας. Heſychius: Ῥάγα. ἡ τῆς σταφυλῆς, ἣν ἡμεῖς ῥῶγα καλοῦμεν. cf. Thom. Magiſtrum et Lamb. Bos Obſeruatt. Crit. p. 182.

4. οἰνάρων. Heſychius: τῶν οἰνάρων. τῶν τῆς ἀμπέλου φύλλων. Videri alicui poſſit reſpexiſſe ad Alciphronis Lib. III. Ep. 22. Quod mihi quidem non probatur. Sic Valkenar. ad Ammon. p. 175. et ex eo Alberti ad Heſychium T. II. p. 1439.

7. γνωμίδια καὶ προβουλευμάτια. Ariſtophanes in Equitibus v. 100. ἢν γὰρ μεθυσθῶ, πάντα ταυτὶ καταπάσω Βουλευματίων, καὶ γνωμιδίων καὶ νοιδίων. *Si enim inebriatus fuero, omnia iſta conſpergam conſiliis et ſententiolis et ratiunculis. Bergler.*

9. ἐπὶ τοὺς Ἕνδεκα. Perinde est ac si dixisset, *in carcerem et forsitan ad supplicium.* His enim Vndecim Viris incarceratos et capitis damnatos, eorumque supplicia committebant, vt de Socrate adparet apud Platonem aliquot locis, in Apologia et in Phaedone. *Bergler.*

13. Πλαγγὼν h. l. nomen canis, alias puppa infantium ex cera. Vide de hac voce inprimis Doruilium ad Charitonem p. 295. Lipſ.

13. τὸ Μελιταῖον κυνίδιον. Res quidem notiſſima, ſed addam deſcriptionem ex Luciano de Mercede conducto (T. III. Bip. p. 258. et Intt. p. 552. vbi exemplis adlatis adde magnum olim Boruſſiae regem Fridericum II.) Ibi inter alia: περισπούδαστον καὶ ἥδιστον κυνίδιον — ἐκ τοῦ ἱματίου προκύπτον, καὶ κατουρῆσαν πολλάκις — καὶ βαῦζον λεπτῇ τῇ φωνῇ. τοιαῦτα γὰρ τὰ Μελιταῖα. καὶ — περιλιχμωμένον.

16. κεῖται — ἐκτάδην νεκρόν. Iisdem vocibus in re ſimili vtitur in Dial. Mortuor. VII. (T. II. Bip. p. 148.) Zenophantae et Callidemidis, vbi is, cui venenum parabatur, euaſit; qui autem parabat, etiam bibit, errore quodam deceptus, eamque rem narrans dicit: ἐγὼ δὲ αὐτίκα μάλα ἐκτάδην ἐκείμην, ὑποβολιμαῖος ἀντ' ἐκείνου νεκρός. *Bergler.* Aptiorem eiusdem Luciani locum vide in iisdem Dial. Mort. XIV. p. 186. τὸν νεκρὸν τοῦ Θεοῦ ἐκτάδην κείμενον, μυδῶντα ἤδη καὶ ἐξωδηκότα. cf. etiam Valkenarium ad Euripidis Phoeniſſ. p. 566. — ἐκτάδην eſt etiam infra 51. 55. 72.

19. Φευξόμεθα ᾗ ποδῶν ἔχομεν. Aelianus Var. Hiſt. I, 15. ᾗ ποδῶν ἔχουσιν, ἀποδιδράσκουσι. et Lib. XIV. 21. ᾗ ποδῶν εἶχεν ἀφίκετο σὺν τοῖς δορυφόροις. Aliter ſic Plato in Gorgia: ἀκολασίαν δὲ φευκτέον, ὡς ἔχει ποδῶν ἕκαστος ἡμῶν. *Bergler.* vide infra Ep. 72.

Epistola XXIII.

Θάλλος Πιτυΐστῳ.

Πάντα Φιλῷ τρυγᾶν, ἔστι γὰρ τὸ καρπῶν ἀποδρέπεσθαι πόνων ἀμοιβὴ δίκαιος· ἐξαιρέτως δὲ ἐθέλω βλίττειν τὰ σμήνη. Ἔχων οὖν, σίμβλους ὑπὸ τῇ πέτρᾳ ἀποκλάσας, κηρία νεογενῆ, πρῶτον μὲν οὖν τοῖς θεοῖς ἀπηρξάμην, ἔπειτα δὲ τοῖς Φίλοις ὑμῖν ἀπάρχομαι. Ἔστι δὲ λευκὰ ἰδεῖν, καὶ ἀποστάζοντα λιβάδας Ἀττικοῦ μέλιτος, οἷον αἱ Βριλησίαι λαγόνες ἐξανθοῦσι. Καὶ νῦν μὲν ταῦτα πέμπομεν, καὶ εἰς νέωτα δὲ δέχοιο παρ' ἡμῶν ὁμείζω τούτων καὶ ἡδίονα.

ADNOTATIO CRITICA.

Θάλλος. Cod. Vind. B. accentu transpositio Θαλλός. 1. *ἔστι γὰρ τὸ καρπῶν ἀποδρέπεσθαι, πόνων ἀμοιβὴ δίκαιος.* Ita ex Caesareo. Ex Vaticano habemus *κακῶν* pro *καρπῶν*, quod sensum incommodum facit, itaque tamquam meliori cedere iussimus. Sed nondum omnis mihi circa hunc locum suspicio sublata. Illud *δίκαιος*, quamuis similiter Euripides dixerit *ἀγγελθεῖσά μοι γενναῖος* in Hecuba v. 592. aliaque eius generis [Adiectiua generis communis] plura inueniantur [cf. inprimis Reitzium ad Luciani Amores §. 27. T. V. Bip. p. 578.] tamen dubitationem mouet. Vereor, ne *κακῶν* reuocandum sit, et a pluribus interpolationibus haec liberanda, hoc modo: *ἔστι γὰρ, κακῶν ἀποδρέπεσθαι πόνων ἀμοιβὴ* N. *δίκαιο* N, eiecto articulo *τό*. Sic *Berglerus*. — qui tamen non video, quomodo tantos in simpulo fluctus excitare animo con-

ceperit, et κακῶν, festinanti sine dubio manu Vaticano intruso, inhaeserit.

3. βλίττειν. Cod. Vind. B. βλήττειν, vti apud Plutarchum T. II p. 58. F. Scholiast. Aristoph. ad Lysistrat. 476. Sed ex librariorum errore natum esse clarum est. Sic iudicat Cl. Ruhnkenius ad Timaeum p. 63. quem ibi de hac voce plura disserentem non sine voluptate leges.

3. ἔχων οὖν. Sic reposui pro vulgato ἔχω suadente Cod. Vind. B. qui tamen alterum οὖν (ante τοῖς θεοῖς) delet. Aptius, nisi fallor, vt ita procedat oratio: ἔχων οὖν — ἀποκλάσας — πρῶτον μὲν — ἀπηρξάμην.

4. ἀποκλάσας. Ita ex Caesareo. Ex Vaticano ὑποκλάσας. *Bergler.*

9. εἰς νέωτα. Cod. Vind. B. εἰς νέω· τὰ δὲ δέχοιο, vitiose. Legere etiam possis δ' ἐκδέχοιο, *exspectes.*

10. τούτων. Cod. Vind. addit ἢ, sic: μείζω τοιούτων ἢ καὶ ἡδίονα.

COMMENTARIVS.

3. βλίττειν. Hesychius: Βλίττειν, τὸ ἀφαιρεῖν τὰ μέλι ἀπὸ τῶν κηρίων. v. Interpretes ad Iul. Pollucem Lib. I. segm. 254 W.

4. ὑπὸ τῇ πέτρᾳ. Apollonius Rhodius Lib II. v. 130, ὡς δὲ μελισσάων σμῆνος μέγα μηλοβοτῆρες Ἠὲ μελισσοκόμοι πέτρῃ ἔνι καπνιόωσι. *Sicut autem apum examen magnum opiliones et mellarii in rupe fumo inficiunt, Bergler.*

6. λευκὰ ἰδεῖν. infra Ep. 60. χαρίεσσα ἰδεῖν. v. plura ap. Hemsterhus. ad Luciani Ind. Vocal. T. I. Bip. p. 308. W.

7. Ἀττικοῦ μέλιτος. Strabo Lib. IX. p. 613. τοῦ δὲ μέλιτος ἀρίστου ὄντος τῶν πάντων τοῦ Ἀττικοῦ. Aristophanes in Pace, et Thesmophoriazusis. *Bergler.*

8. Βριλησίαι. A monte Atticae Strabo ibidem paullo ante de Attica agens: τῶν δὲ ὀρῶν, ἃ ἐν ὀνόματι μάλιστα, ἐστὶν ὅ τε Ὑμηττὸς, καὶ Βριλησσὸς, καὶ Λυκαβηττὸς,

ἔτι δὲ Πάρνης, καὶ Κορυδαλλός. Plinus Hist. Nat. Lib. IV. c. 7. *Montes Atticae*, *Brileſſus*, *Aegialeus*, *Icarius*, *Hymettus*, *Lycabettus*, quem locum ibi adducit Caſaubonus. *Bergler.* — Eſt apud Callimachum Fragmentum (184.) in edit. Erneſtiana: Βριλλήσου λαγόνεσσιν ὁμούριον ἐκτήσαντο. *Brilleſii lateribus conterminum poſſederunt*, vnde Hemſterhuſius Alciphronem cenſet p. 511. ſumſiſſe. Λαγόνες. Heſychius: σχίσμα γῆς.

8. καὶ νῦν μὲν ταῦτα. Vel ad κηρία, vel ſubauditur δῶρα aut ſimile. *Bergler.*

Epistola XXIV.

Φιλοποίμην Μοσχίωνι.

Λύκον ἔοικα τρέφειν. Τὸ μιαρὸν ἀνδράποδον ἐμπεσὼν εἰς τὰς αἶγας, οὐκ ἔστιν ἥντινα οὐκ ἀπολώλεκε, τὰς μὲν ἀποδόμενος, τὰς δὲ καταθύων. Καὶ τῷ μὲν ἡ γαστὴρ τῆς κραιπάλης ἐμπίμπλαται, καὶ τὰ λοιπὰ τῇ τενθείᾳ δαπανᾶται, καὶ ψάλλεται καὶ καταυλεῖται, καὶ πρὸς τοῖς μυροπωλείοις φιλήδεῖ· τὰ δὲ αὔλια ἔρημα, αἶγες δὲ ἐκεῖναι αἱ πρότερον οἰχονται. Τέως μὲν οὖν ἡσυχίαν ἄγω, μὴ προαισθόμενος ψύττα κατατείνας φύγῃ· εἰ δὲ ἀνυπόπτως λαβοίμην αὐτοῦ καὶ ἐγκρατὴς γενοίμην, δεδήσεται τῷ χεῖρε, χοίνικας παχείας ἐπισύρων· καὶ τῇ σκαπάνῃ προσανέχων, ὑπὸ τῇ δικέλλῃ καὶ τῇ σμινύῃ τῆς μὲν τρυφῆς ἐπιλήσεται, παθὼν δὲ, οἷον ἐστι γνώσεται τὸ τὴν ἄγροικον σωφροσύνην ἀσπάζεσθαι.

ADNOTATIO CRITICA.

1. ἀνδράποδον. Cod. Vind. B. post hanc vocem punctum posuit ad superiorem partem, fortasse pro exclamandi signo, et deinde post ἐμπεσὼν habet γάρ. Placet ista exclamatio in dictione epistolica, nihil tamen volui mutare. W.

4. ἐμπίμπλαται. Cod. Vind. πίμπλαται.

5. τενθεία. Ex Vaticano Ταθεία per maiusculum T. quasi esset nomen proprium. Ex Caesareo πενθία. Quae licet ambo corrupta, veram scripturum facile monstrant vel mediocriter sagaci, et inveniſse me puto. *Bergler.* — Εὕρηκας! Suspicionem tuam firmat Cod. regius (nunc, si Dis placet, reipublicae Francogall.) Parisiensis, teste Ruhnkenio ad Timaeum p. 253. ed. sec.

5. καὶ ψάλλεται. Ita ex Caesareo. Ex Vaticano habemus πάλλεται, quod huc minus quadrat. *Bergler.* Gloss. Eichstad. malit καταψάλλεται.

6. πρὸς τοῖς. Toupius in curis nouissimis p. 213. ed. Lipsi. incidit post πρὸς, vt sit *praeterea*. Rectius sine dubio, quum φιλῆδεῖν Datiuo iungi soleat, sine praepositionis adminiculo.

6. μυροπωλείοις. Sic et Cod. Vind. B. sed a secunda manu μυροπολίοις, sine E.

9. ψύττα κατατείνας. Vulgata ψύττας παρά τινος. Audiamus ante omnes Berglerum. Sic ex Vaticano, Caesareum de his vocibus non consulueram. Pro παρά τινος i. e. *ab aliquo*, mallet fortasse aliquis παρά τινα, i. e. *ad aliquem*. Ego longe aliud suspicor, nempe παρατείνας scripsisse auctorem, vel potius, quandoquidem praepositiones abbreuiatim scribi solitae, saepe inter se permutantur ab imperitis, κατατείνας. Miraris, cur ita? Ecce Luciani Lexiphanes, qui etiam probis vereque Atticis vocibus ac phrasibus vtens, ineptus est et ridiculus (T. V. Bip. p. 181.) ἀγρόνδε ὠχόμην ψύτταν κατατείνας, *rus abii contento cursu*. Adnotauit ibi Bourdelotius ex Hesychio: ψύττα ἐπὶ τοῦ ταχέως δραμεῖν λέγεται. Hactenus igitur *Berglerus*.

Praeter locum Luciani a Berglero excitatum alius est apud eumdem in Epistolis Saturnal. T. IX. Bip. p. 41. ὄρνις ψύτταν κατατείνασα, vbi vide inprimis notam Gesneri p. 351. cf. etiam Trillerum Obseru. Crit. p. 209. — Ad Hesychii locum Heinsius olim verba Epigrammatarii adhibuerat: ψύττα δ' ἐγὼ κατέτεινα φοβεύμενος ἄγριον ἄνδρα, quibus Berglerianae emendationi nouum robur accedit, maximum vero Cod. Vind. B. cuius lectio: ψύττα, κατά τινος φεύγη, ipsa quidem, vti sonat, sana non est, sed vnice veram aperte monstrat. Refinxi igitur ita, vt cum Cod. Vind. ψύττα pro ψύττας ponerem (nam Aduerbium ὠνοματοποιημένον, ideoque indeclinabile esse ψύττα non minus quam σίττα, ψίττα, φίττα, φίττον existimo) et κατά τινος mutarem in κατατείνας, ita vero opem ferrem et Alciphroni et Berglero. Ceterum ψύττα vox est pastorum greges ad citius incedendum adhortantium. Hesychius: Ψύττα. ἐπὶ τοῦ ταχέως ἀποδραμεῖν, item Ψιττάζων· ψιττὰ ἐπιφθεγγόμενος, ὅπερ ἐστὶ ποιμενικὸν ἐπίφθεγμα.

11. τὼ χεῖρε. Cod Vind. B. τὼ πόδε. Vulgata melior. Tutius certe erat, hominis nequam etiam manus constringere, nam pedibus vinciendis sequentibus χοινίξι prouisum est.

12. ἐπισύρων. Idem liber ἐπιφέρων.

14. οἷόν ἐστι γνώσεται. Idem Cod γνώσεται οἷον ἦν.

COMMENTARIVS.

1. Λύκον ἔοικα τρέφειν. Prouerbium. Theocritus Idyll. V. v. 38. Θρέψαι καὶ λυκιδεῖς, Θρέφαι κύνας, ὥς τυ φάγοντι. *Alere* memento *et luporum catulos*, et canes, vt te comedant. *Bergler.*

1. ἐμπεσών, non ad vocem, sed ad significationem, vt saepe. *Bergler.*

7. Φίλησδεῖ. Vocem hanc rariorem pronuntiat Spanhemius ad Callimachum. p. 114.

11. δεδήσεται. Synesius Ep. 32. in fine. *Bergler.* Occurrit et infra Ep. 62.

11. χοίνικας παχείας. Ctesias apud Photium p. 53. lin. 12. ληφθέντα δὲ πέδαις παχείαις ὑπὸ Οἰβαρᾶ δεδῆναι. Aristophanes in Vespis v. 433. εἰ δὲ μή, 'ν πέδαις παχείαις ἀριστήσετε. *Bergler.* De voce χοίνιξ v. Schol. ad Aristoph. Plutum v. 276. et Doruilium ad Charitonem p. 396. — ibid ἐπισύρων. Herodotus Lib III. Segm. 130. παρῆγον ἐς μέσον πέδας τε ἕλκοντα καὶ ῥάκεσιν ἐσθημένον. *Bergler.*

14. παθὼν γνώσεται. Hesiodus in Operibus et Diebus v. 218. — — παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω. Prouerbium, de quo abunde Erasmus in Chiliadibus. *Bergler.*

14. τὴν ἀγροικον σωφροσύνην. Aelianus Ep. vltima: Φύεται δὲ καὶ δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη, καὶ ταῦτα ἐν τοῖς ἀγροῖς δένδρων τὰ κάλλιστα. *Bergler.*

Epistola XXV.

Ὕλη Νομίῳ

Θαμίζεις εἰς τὸ ἄστυ κατιών, ὦ Νόμιε, καὶ τὸν ἀγρὸν οὐδὲ ἀκαρῆ θέλεις ὁρᾶν. Ἀργεῖ δὲ ἡ γῆ χηρεύουσα τῶν ἐμπονούντων· ἐγὼ δὲ οἰκουρῶ μόνη, μετὰ τῆς Σύρας ἀγαπητῶς τὰ παιδία βουκολοῦσα. Σὺ δὲ ἡμῖν αὐτόχρημα, μεσαιπόλιος ἄνθρωπος, μειράκιον ἀστικὸν ἀνεφάνης· ἀκούω γάρ σε τὰ πολλὰ ἐπὶ Σκίρου καὶ Κεραμεικοῦ διατρίβειν, οὗ Φασὶ τοὺς ἐξωλεστάτους σχολῇ καὶ ῥαστώνῃ τὸν βίον καταναλίσκειν.

ADNOTATIO CRITICA.

1. τὸ ἄστυ. Cod. Vind. B. articulum ignorat.

2. ἀκαρῆ. Id. liber ἀκαρεῖ. Fortasse voluit οὐδ' ἐν ἀκαρεῖ.

2. ἀργεῖ. Idem Cod. Vind. ἀργὸς, quod non contemnendum, etsi γῇ sequatur. Atticorum enim est ἀργὸς pro Feminino ponere, quod pluribus exemplis probauit Bachius ad Xenoph. Oeconom. p. 21. et ipse Berglerus ad Aristoph. Nubes v. 53.

4. Σύρας. Sic ex optimo Cod. Vind. B. addito tamen articulo τῆς. Vulgata habebat σισύρας, quod iam *Berglerus* in Σύρας mutandum censuerat. Deinde sic pergit: Videtur ex sequenti epistola interpolatum, vbi recte σισύρα. Est autem Syra seruae nomen etiam apud Aristophanem in Pace v. 1148. τόν τε Μανῆν ἡ Σύρα βωστρησάτω τοῦ χωρίου. *Et Manum serua Syra vocat ex agro*, quemadmodum apud Terentium Syrus nomen ferui a patria. Sic Thratta apud Aristophanem multis in locis, et apud Demosthenem contra Neaeram: θεραπαίνας δύο, Θράτταν καὶ Κοκατίνην, et apud Aelianum Ep. penultima, vbi simul Phrygia: ἐὰν μή τι τῶν ἔργων τῇ Φρυγίᾳ καὶ τῇ Θραττῇ συνεπιλαμβάνῃ. *Bergler.*

4. βουκολοῦσα. Valde adridet, quod coniicit Valkenarius ad Ammonium p. 46. hunc que secutus Bernardus ad Palladium de febribus p. 21. βαυκαλῶσα. Hesychius: βαυκαλᾷν, κατακοιμίζειν, τιθηνεῖν. παιδία μετ' ᾠδῆς κοιμίζειν, vbi Valesius: proprie dicuntur nutrices, quae infantes naeniis et cantilenis in somnum inducunt, quae cantilenae proprie dicuntur καταβαυκαλήσεις. Athenaeus XIV, 11. cf. et Casaubonum ad Theophrast. Char. VII. p. 104. Fischer. et Wyttenbach in Eclogis p. 381. Est etiam ap. Lucianum Lexiphane T. V. p. 190. et Schol. p. 189. it. p. 509.

5. μεσαιπόλιος, vti infra Ep. 49 Cod. Vind. B. μεσοπόλιος. Vtrumque rectum.

6. ἀστικόν. Sic reposui suadente et persuadente Cel. Ruhnkenio ad Dion. Longinum p. 260. Nam rusticus

Atticus, ita ait, siue in regione Attica natus; Athenis autem natum non Ἀττικὸν, sed ἀστικὸν adpellant.

7. Σκίρου. Cod. Vind. B. σκιερῦ Κεραμικοῦ, omisso καί. Error ex errore natus. Quum enim nomen illud proprium Σκίρος scribam lateret, quod tamen supra Ep. 8. intemeratum dederat, voxque crebrior σκιερὸς ipsi in mentem veniret, particulam καὶ, cuius nunc vsum nullum videret, eiecit.

COMMENTARIVS.

1. Θαμίζεις εἰς τὸ ἄστυ. Lib. I. Ep. 4. ἄστυδε θαμίζεις. *Bergler.*

3. ἐμπονούντων. i. e. ἐν αὐτῇ πονούντων. An ἐκπονούντων? Sic Gloss. Eichstad.

5. αὐτόχρημα. vide quae Berglerus adnotauit infra ad Ep. 29.

7. Σκίρου. Vbi meretrices, vide supra ad Ep. 8. huius libri. Ibidem et aleatores. *Bergler.*

9. καταναλίσκειν βίον. vitam terere. v. Wernsdorf ad Himerium p. 630.

Epistola XXVI.

Λυναῖος Κορύδωνι.

Ἄρτι μοι τὴν ἅλω διακαθήραντι, καὶ τὸ πτύον ἀποτιθεμένῳ ὁ δεσπότης ἐπέστη· καὶ ἰδὼν, ἐφίλει τὴν φιλεργίαν. Ἐφάνη δέ μοι ποθὲν ὁ Κωρύκειος δαίμων, Στρόμβιχος ὁ παμπόνηρος· ἰδὼν γάρ με ἐφεπόμενον τῷ δεσπότῃ, κειμένην τὴν σισύραν, ἣν 5

ἀποθέμενος εἰργαζόμην, ὑπὸ μάλης ᾤχετο Φέρων, ὡς ὁμοῦ ζημίαν, καὶ τὸν ἀπὸ τῶν ὁμοδούλων προσοφλῆσαι γέλωτα.

ADNOTATIO CRITICA.

2. ἐφίλει. Cod. Vind. B. ἐπῆνει. Hoc facilius, illud rarius et significantius.

3. Κωρύκειος. Idem liber vitiose Κωρύκεος.

5. κειμένην τήν. Articulum e Ms. iam Valkenarius ad Ammonium p. 205. Nostro restituerat: agnoscit etiam Vind. B.

7. ἀπὸ τῶν ὁμοδούλων. Cod. Vind. B. ὑπό.

COMMENTARIVS.

3. Κωρύκειος δαίμων. Prouerbialiter de eo, qui ex insidiis auscultat. Vide Erasmum in *Corycaeus auscultauit*. Suidas et Photius in Lex. Msto ex quo quaedam nuper edita ad Fragmenta Menandri et Philemonis: Θεόν τινα παρεισάγουσιν οἱ Κωμικοὶ ἐπακροώμενον, ἀπὸ παροιμίας τινός. Iterum: ἡ παροιμία. τοῦδ' ἄρα Κωρυκαῖος ἠκροάζετο. οἱ δὲ Κωμικοὶ Κωρυκαῖον τὸν Θεὸν εἰσάγουσι. Μένανδρος Ἐγχειριδίῳ. Δέξιππος Θησαυρῷ. Μὴ κατακούσειε δ' ἡμᾶς ὁ Κωρυκαῖος. Ἀλλὰ μὴν κατακήκοα κατακολουθῶν ἔνδοθέν σου. quae postrema Deus ille videtur dixisse. *Bergler.*

4. Στρόμβιχος. Ita ex Caesareo. Ex Vaticano στρόχνος habemus, quod non placet. *Bergler.*

5. σισύραν. Hesychius: Σισύρα. τὸ παχὺ ἱμάτιον ἀπὸ αἰγείων δερμάτων. Photii Lex. Ms. Σισύρα. Βαίτη. τοῦτό ἐστι τὸ ἐκ κωδίων συνεῤῥαμμένον ἱμάτιον. Plura vide ap. Valesium ad Ammian. Marcell. Lib. XVI. c. 5. Gronou. ad Herodot. IV. 108. Valkenar. ad Ammonium p. 205. Ruhnkenium ad Timaeum p. 231.

7. ὡς ὁμοῦ ζημίαν καὶ προσοφλῆναι γέλωτα. Germanicum prouerbium: *Wer den Schaden hat, darf für den Spott nicht sorgen. Bergler.*

Epistola XXVII.

Γέμελλος Σαλμωνίδι.

Τί ταῦτα, ὦ Σαλμωνίς, ὑπερφανεῖς τάλαινα; οὐκ ἐγώ σε εἰς τουργαστήριον καθημένην παρὰ τὸν ἀκέστην τὸν ἑτερόποδα ἀνειλόμην; καὶ ταῦτα λαθραίως τῆς μητρός; καὶ καθάπερ τινὰ ἐπίκληρον ἐγγυητὴν ἀγαγόμενος ἔχω; Σὺ δὲ φρυάττῃ, παιδισκάριον εὐτελὲς, καὶ κιχλίζουσα καὶ μωκωμένη με διατελεῖς. Οὐ παύσῃ τάλαινα τῆς ἀγερωχίας; ἐγώ σοι τὸν ἐραστὴν δείξω δεσπότην, καὶ κάχρυς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν φρύγειν ἀναπείσω· καὶ τότε εἴσῃ μαθοῦσα, οἵων κακῶν σεαυτὴν ἔνδον ἔθηκας.

ADNOTATIO CRITICA.

Γέμελλος. Vulgata Γέβελλος ex Vaticano. Libro I. Ep. 22. est Γεμέλλω. In Mss. μ et β similiter fere exarantur. *Bergler.* Quoniam addicentem etiam Cod. Vind. B. inueni, recepi *Gemellum.*

Σαλμωνίδι. Vulgata Σαλαμωνίδῃ ex Vaticano et Caesareo, puto Σαλμωνίδι, et Σαλμωνὶς, vel potius Σαλαμινίδι et Σαλαμινὶς. *Bergler.* Prius recepi, nam sic Cod. Vind. B. epistola sequenti Σαλμωνίδι.

1. τάλαινα. Addit Cod. Vind. B. τὸν δεσπότην.

3. ἀκέστην. Vulgata Ἀκέστην. Malim tamen adpellatiuum, non proprium nomen, *ſartorem claudum*, vti et Berglerum vertiſſe video.

3. ἑτερόποδα. Recepi ex Cod. Vind. B. pro vulgato ἑτερόποδον.

4. λαθραίως. Idem liber λάθρα, quod ſuauius ad aures h. l accidere videtur, vt homophoniam λαθραίΩΣ — μητρΟΣ euites.

9. κάχρυς. Vind. B. τὰς κάχρυς ἐπὶ τὸν ἀγρόν.

9. ἀναπείσω. Nimis dilutum eſt ἀναπείσω, *perſuadebo*, *inducam*. Praeſtaret ἀναπέμψω mittam. Eadem ſaepe poteſtate ἀναπέμπειν vſurpatur, qua ſimplex πέμπειν. Ita apud Lucam Evang. XXIII, 7. Haec *Arnaldus* in Miſc. Obſeru. T. V. p. 289. — Sed ἀνὰ in compoſitione verborum minime otioſam eſſe, demonſtrauit multis exemplis Graece olim doctiſſimus Abreſchius in Dilucidatt Thucydideis p 164. vbi contra Arnaldi et emendationem, et ex Lucae loco confirmationem ſic disputat: „Vſum iſtius praepoſitionis „(quae *rurſus*, ſaepe etiam „actum priori contrarium no„tat), non attendens vir eru„ditus reponi vult ἀναπέμ„ψω, vacante, vt ait, (in „quo iterum fallitur,) praepo„ſitione, ac pro ſimplici πέμ„πειν occurere addit Lucae „l. l. quum ex adiuncto ibi „ἐξουσία apertum ſit, reſpectu „ſuperioris ſcriptum ἀνα„πέμπειν, nec minus quam „otioſam τὴν ἀνά. Elegan„tiſſime autem dictum illud „ἀναπείσω, ſimulque falſe „atque comice; ſenſus enim „eſt, *ad priorem ſeruilem hu„milemque conditionem te „redigam*. Neque verbis tan„tum πείθομεν, ſed et qua„cumque alia ratione, vt ap. „Greg. Pal. P. 12. πείθειν ξο„πάλῳ ὄνον θᾶττον πορεύε„σθαι, et *admonere* Latini, vt „admoneri flagello. Colu„mella II, 2. cet. "

10. τότε εἴσῃ. Cod. Vind. B. τότε οἴσῃ, quod non placet.

11. ἔθηκας. Idem liber longe aliter: οἳ κακῶν σαυτὴν ἐνέσεισας, quod tamen vulgatae non praetulerim. — Lennepius ad Phalar. Ep. 9. p. 46. malit: οἵων κακῶν σεαυτῇ σμῆνον ἔθηκας.

COMMENTARIVS.

(Confert hanc epistolam Abreschius cum Aristaeneti Lib. II. Ep. 12. — Gratum vero etiam erit lectoribus audire, quae cel. *Herelius* ad hanc et sequentem epistolam notauit in Animadu. miscell. criticis. Cogor, inquit, inuitus fere reprehendere Alciphronem meum, dum nimis indulget genio, ac per varias vitae priuatae facies libere vagando, quidquid componendis epistolis materiam posset suggerere, nouitatisque gratia se commendare, in vsus suos conuertere studet, ea fingentem interdum, quae per literas transigi aut exponi nullo modo poterant. Salmonis ancilla ingratos Gemelli, domini deformis, amplexus reformidans, loco ignoto se abscondidit, τὴν κάρδοπον, vt fatetur Ep. sequ. ὑπελθοῦσα ἀμφιθεμένη τὸ κοῖλον τοῦ σκεύους εἰς κάλυμμα. Hanc herus fugisse, et per noctem latuisse in virgultis credebat. Cur igitur literis, cuius latebras ignorat, increpat, aut cur conuitiis mauult atque minis terrere inanibus, quam vi comprehensam punire licebat, siquidem alicubi in villa commorari posset?)

2. εἰς τουργαστήριον καθημένην. Achilles Tatius Lib. VI. p. 375. εἰς τὰ ὄμματα τῶν καλῶν τὸ κάλλος κάθηται. Inuenitur saepius εἰς pro ἐν positum, et in antecedentibus videor aliquid adnotasse. [v. ad Lib. I. Ep. 24. extr.] *Bergler.* cf. inprimis Hemsterhusium ad Aristophanis Plutum 456. — Ceterum τὸ ἐργαστήριον h. l. lupanar, vide Valkenar. ad Ammonium, qui hanc vocis potestatem ex fragmento Alciphronis probat, quod infra dabimus. [Fragm. V.]

4. ἐπίκληρον ἐγγυητήν. Vide quae notata sunt ad Lib. I. Ep. 6.

6. παιδισκάριον εὐτελές. Menander: παιδισκάριόν με καταδεδούλωκεν — εὐτελές. vide notas ad Lib.

Ep. 4. *Bergler.* Apud Lucianum Dialog. Mort. XXVI. §. 7. T. II. p. 227. τυχὸς παιδισκάριον, quod idem est. vide ibi Hemsterhusium p. 540.

6. κιχλίζουσα καὶ μωκωμένη. v. Lib. I. Ep. 33.

7. οὐ παύσῃ τάλαινα τῆς ἀγερωχίας; Lib. I. Ep. 28. οὐ παύσῃ — ταλάντατον γερόντιον πειρῶν etc. et Ep. 6. πέπαυσο τῆς ἀγερωχίας. *Bergler.*

9. κάχρυς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν φρύγειν ἀναπείσω. Forte ex Menandri Adelphis, quam comoediam Terentius vertit. Apud hunc Actu IV. Sc. 3. senex: *Rus ibo hinc, et istam Psaltriam una illuc mecum hinc abstraham, Atque ibi favillae plena, fumi ac pollinis Coquendo sit faxo, et molendo.* Erat autem hoc mulierum. Herodotus Lib. VIII. §. 96. Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φρύξουσι, *coliades vero remos vrendo hordeum torrebant.* [v. ibi Valkenarium.] Aristoph. in Nub. v. 1361. κάχρυς γυναῖκ' ἀλοῦσαν. *Bergler.*

Epistola XXVIII.

Σαλμωνὶς Γεμέλλῳ.

Πάντα ὑπομένειν οἵα τε εἰμί, πλὴν τοῦ σοι συγκαθεύδειν, δέσποτα. Καὶ τὴν νύκτα οὐκ ἔφυγον, οὐδὲ ἐπὶ τοῖς θάμνοις ἐκρυπτόμην, ὡς ἐδόκεις, ἀλλὰ τὴν κάρδοπον ὑπεισελθοῦσα ἐκείμην, ἀμφιθεμένη τὸ κοῖλον τοῦ σκεύους εἰς κάλυμμα. Ἐπειδὴ δὲ κέπρικα βροχῷ τὸν βίον ἐκλιπεῖν, ἄκουε, λέγω σοι ἀναφανδόν, (πάντα γάρ μου περιαιρεῖ φόβον ἡ πρὸς τὸ τελευτᾶν ὁρμή) ἐγώ σε, ὦ Γέμελλε, στυγῶ, τοῦτο μὲν βδελυττομένη τὸ βά-

ρος τοῦ σώματος, καὶ ὥσπερ τι κίναδος ἐκτρεπο-
μένη· τοῦτο δὲ, τὴν δυσχέρειαν τοῦ στόματος, ἐκ
τοῦ μυχαιτάτου τῆς φάρυγγος τὴν δυσοσμίαν ἐκ-
πέμποντος. Κακὸς κακῶς ἀπόλοιο τοιοῦτος ὤν.
Βάδιζε παρά τινα λημῶσαν ἄγροικον γραῦν ἐπὶ ἑνὶ
γομφίῳ σαλεύουσαν, ἀλιλιμμένην τῷ τῆς πίττης
ἐλαίῳ.

ADNOTATIO CRITICA.

1. συγκαθεύδειν. Cod. Vind. B. ΣΟΙ συγκαθεύδειν, omissis postea μετά σοῦ. Idem voluit Gloss. Eichstad. vel καθεύδειν sine σύν. Recte, sic enim pleonasmus vulgatae ΣΥΓκαθεύδων ΜΕΤΑ σοῦ tollitur.

3. ἐπὶ τοῖς θάμνοις. Mallem ὑπὸ pro ἐπί. *Bergler.*

6. ἄκουε, λέγω σοι ἀναφανδόν. Cod. Vind. B. ἄκουε λέγουσ' ἀναφανδὸν, quod in λέγω σοι refinxi. Vulgatam ἄκουε ἀναφανδὸν retinere vix potui, quum ἀναφανδὸν non tam *audienti*, quam *dicenti* conuenire videretur. W.

7. πάντα γάρ μου. Cod. Vind. ὁμοῦ. Possis etiam legere μοι, quod et Berglero placuisse ex versione adparet.

9. βάρος τοῦ σώματος. Idem Liber δάσος. Vtrum horum a manu Alciphronis sit, difficile est iudicatu. W.

10. κίναδος. Ita ex Caesareo. Ex Vaticano τὶς pro τί habemus. De κίναδος ad Aristophanem. *Bergler.* De Caesareo falsus est vir doctiss. nam Codex iste κίναιδος, quamquam vitiose, habet. Κίναδος vnice verum, ideoque et τί. Plura ad Aristophanem dare promittit Berglerus, promissisque ita stetit ad Nubes v. 447. Κίναδος. Andocides de Mysteriis: ἐπίτριπτον κίναδος. Sophocles in Aiace v. 103. ἦ τοὐπίτριπτον κίναδος ἐξήρου μ' ὅπου; *num ex me quaeris, vbi perditissima illa sit bestia?* vbi Scholia: τὸ ἐξῶλες θηρίον καὶ πανοῦργον, κίναδος γὰρ ἡ ἀλώπηξ. Lo-

quitur autem de Vlysse. Aristoph. in Auibus v. 429. πυκνότατον κίναδος. Haec *Bergler.* — Hesychius: *Κίναδος, θηρίον, ὄφις.* vbi v. Interpretes, Thom. Mag. p. 534. et Cel. Beckium ad Aues l. l. et Reitzium ad Lucianum de Domo T. VIII. Bip. p. 448.

14. λημῶσαν. Dedi ex Vind. B. *lippientem*, quod longe anteferendum vulgatae λεροῦσαν. W.

15. τῆς πίττης. Idem liber ἐκ τῆς.

COMMENTARIVS.

4. τὴν κάρδοπον. mactram (Backtrog.) vide Lucianum in Lexiphane. T. V. p. 182. Bipont.

14. γραῦν ἐπὶ ἑνὶ γομφίῳ σαλεύουσαν. Eadem haec et apud Lucianum alicubi, si quid memini. [Locum huc conuenientem indagare nondum potui. W.] Aristophanes in Pluto v. 1060. de vetula: ἕνα γὰρ γομφίον μόνον φορεῖ, *vnum dentem molarem tantum gestat.* Σαλεύουσαν autem metaphorice a nauibus, quae in anchoris fluctuant. Synesius Ep 4. ἡ μὲν οὖν ναῦς ἐσάλευεν ἐπὶ μετεώρων. λιμὴν γὰρ ὁ τόπος οὐκ ἦν, καὶ ἐσάλευεν ἐπ' ἀγκύρας μιᾶς. ἡ ἑτέρα δὲ ἀπημπόλητο· τρίτην γὰρ ἀγκύραν Ἀμάραντος οὐκ ἐκτήσατο. *Bergler.* De γομφίῳ vide inprimis Piersonum ad Moerin p. 111.

Epistola XXIX.

Ὅριος Ἀνθοφορίωνι.

Ἠπιστάμην σε, ὦ Ἀνθοφορίων ἁπλοϊκὸν εἶναι ἄνθρωπον, καὶ αὐτόχρημα τὸν ἀπὸ τῆς ἀγροικίας ἄγροικον, ὄζοντα στεμφύλων καὶ κόνιν πνέοντα· ἠγνόουν δὲ, ὅτι δεινὸς εἶ ῥήτωρ, ὑπὲρ τοὺς ἐν Μητιχείῳ τῶν ἀλλοτρίων ἕνεκεν ἀδικομαχοῦντας. Κινήσας γὰρ ἀπὸ τοῦ κωμάρχου δίκας ἔναγχος, οὐκ ἔστιν ἥντινα οὐχὶ νικήσας ἀπηλλάγης. Μακάριε τῆς γλώσσης, καὶ λαλίστερε τρυγόνος. Ἐγὼ δὲ ἑρμαίῳ σοι χρῶμαι, τὸ τοῦ λόγου· ἔκκειμαι γὰρ τοῖς βουλομένοις τἀμὰ σφετερίζεσθαι, καὶ ἀγαπῶ τὴν ἡσυχίαν, καὶ ταῦτα εἰδὼς, ὅτι μοι πολλὰ ἐκ τῆς ἀπραγμοσύνης φύεται πράγματα.

ADNOTATIO CRITICA.

1. εἶναι (post ἁπλοϊκὸν) inserui ex Cod. Vind. B. quanquam et abesse poterat.

2. αὐτόχρημα τὸν — πνέοντα. Ex Vaticano ἀθλοχρήματον, ex Caesareo αὐτοχρήματον, vnde omissa syllaba vèram scripturam me exhibuisse puto. Sic paullo ante Ep. 25. αὐτόχρημα μεσαιπόλιος ἄνθρωπος. Synesius Ep. 4. de Amaranto Iudaeo αὐτόχρημα Μακκαβαῖος. Aelianus Ep. 12. σὺ δὲ ἐξ οὗ θηρᾶν ἤρξω, γέγονας ἡμῖν αὐτόχρημα Ἱππόλυτος. *Bergler.*

Laudat Bergleri acumen acutior ipse Pierſonus Veriſimil. p. 96. qui, ne litera quidem perdita, caſtigandum exiſtimat: καὶ αὐτόχρημα TON. Singularem enim, addit Pierſonus, emphaſin hic habet articulus, quae rectius

percipi, quam verbis exprimi poteſt.

Sed nondum omnis nitor Alciphroni reſtitutus, niſi lectionem, quam Cod. Vind. B. ſubminiſtrat, egregiam ſane, adiungas, mutantem nempe ἀγροικίζοντα in ἄγροικον ὄζοντα στεμφύλων. Nec hoc ſatis: idem Codex enim loco κόνεως praeterea κόνιν exhibet, quod, etſi non adeo neceſſarium eſt, quum πνεῖν et Genitiuum et Accuſatiuum adſciſcat, tamen, vt Codici, qui tam praeclare in toto loco ſtetiſſet, honorem haberem, et hoc recepi. Iam vero ad amuſſim omnia ſic compoſita: καὶ αὐτόχρημα τὸν ἀπὸ τῆς ἀγροικίας ἄγροικον, ὄζοντα στεμφύλων, καὶ κόνιν πνέοντα. Nonne vero longe meliora haec, quam quae Berglerus vulgauerat: καὶ αὐτόχρημα ἀπὸ τῆς ἀγροικίας ἀγροικίζοντα, στεμφύλων καὶ κόνεως πνέοντα?

4. ἐν Μητιχείῳ. Caeſareus Μιλιαίῳ [quod ſeruauerat in contexto Berglerus] Ex Vaticano ΜΗλίῳ, prioribus duabus maiuſculis, quae veſtigiis minuſcularum, incertum quarum, adſcriptae ſunt. Prius elegi, tanquam proxime accedens ad id, quod genuinum puto, nempe Μητιχείῳ, vt in verſione oſtendi. Erat Μητιχεῖον iudicium, ſiue tribunal Athenis. Heſychius: Μητίχου τέμενος. εἴη ἂν τὸ Μητιχεῖον, δικαστήριον μέγα, quod et Iulius Pollux Lib. VIII. c. 10. recenſet cum aliis Athenienſium tribunalibus, ita: τὰ Μητίχου καλλίῳ, ſiue, vt alia ſcriptura fert, τὸ Μητίχου κάλλιον. Quae quidem licet viri doctiſſimi interpretari conentur, mihi ſuſpecta ſunt in τὰ καλλίᾳ ſiue τὸ κάλλιον. Apud Noſtrum ſimile quid exhibetur ex Vaticano, itidem non ſine corruptela; adſcribam tamen locum, ſi quid forte vlterius cogitanti ad emendationem conferre poſſit: ὑπὲρ τοὺς ἐν Μηλίῳ ΚΑΤΑ τῶν ἀλλοτρίων ἕνεκεν ἀδικομαχοῦντας. Sic *Berglerus*.

Poſt hunc Clar. *Herelius* in Klotzii Actis liter. Vol. III. P. I. p. 92. duorum Codicum, quos Berglerus laudaverat, ſcripturam in vnum conflat verbum Μηλιαίῳ, cuius primam literam ſi abiicias, reſtitui aliud Athenienſium tribunal Ἡλιαίᾳ quod

apud Noſtrum ipſum infra Ep. 61. occurrit. — Ad quae *Ruhnkenius* in literis ad Herelium olim datis haec monuit: „Codex quoque Regius Pariſ. exhibet: ὑπὲρ „τοὺς ἐν Μηλίῳ κατὰ „τῶν ἀλλοτρίων. Equidem, „tum pergit, ingenioſam Berg„leri coniecturam tuae prae„ferre non dubito. Nam fa„cilius Μητιχείῳ, quam „Ἡλιαίᾳ in Μηλίῳ abire „potuit. Ac forte librarius „non haeſiſſet quidem in „Ἡλιαίᾳ, quod notiſſimum „iudicium erat.“

5. ἀδικομαχοῦντας. Cod. Vind. B. ἀδικομαχούντων, haud bene. Forte primitus fuit ἑπτακαὶ δικομαχοῦντας, quod in verſione exprimo. (*iure decertant*). *Bergler.*

6. κινήσας. Ita ex Vaticano Berglerus. Vind. B. νικήσας, quod ſenſum turbat.

6. ἀπὸ τοῦ κωμάρχου. Ita ex ambobus Mss. pro quo tamen ἐπὶ legendum puto. *Bergler*, cui accedit Gloſſ. Eichſtad.

7. ἥντινα recepi ex Cod. Vind. B. Vulgata ἥν.

9. ἑρμαίῳ. Cod. Vind. B. ἑρμεώσσοι κατὰ τοῦτο τὸ δὴ τοῦ λόγου.

12. πολλά. Idem liber Vind. πολλάκις, fortaſſe melius.

COMMENTARIVS.

3. στεμφύλων. Heſychius: στέμφυλα, τὰ πταίσματα τῶν ἐλαίων. (rectius πιέσματα, vt στεμφύλων πιεσθέντων. Pollux Lib. VII. Segm. 151. Ruhnken. ad Timaeum p. 239. ed ſec.

7. μακάριε τῆς γλώσσης. Ariſtophanes in Equitibus v. 833. ζηλῶ σε τῆς εὐγλωττίας. *Bergler.*

8. καλίστερος τρυγόνος. Ex Menandri Plocio proverbium adnotatum a Paroemiographis. *Bergler.* v. c. ab Apoſtolio Cent. XIX. 61. et Pantin. ibi p. 372. Caſaubonus ad Theophraſtum p. 103. Fiſcher.

9. ἑρμαίῳ. Prouerbialiter, vt ipſe auctor indicat. Habet Eraſmus Chil. IV. Cent. 7. Prou. 4. vbi *Mercuriale*

vide Suidam. Dicitur de bonis inexſpectatis, quae *praeſens Mercurius fert*, ſecundum Horatium Sat. Lib. II. Sat. III. v. 68. Sicut iſte non putauerat ſuum amicum eſſe tam bonum cauſſidicum, quo ipſe indigebat. *Bergler.* — cf. Ruhnken. ad Timaeum p. 121. ed. ſec. et quem ibi laudat, Weſſeling ad Diodor. Siculum T. I. p. 350. Fiſcher ad Theophr. Eſt etiam infra Ep. 70. et apud Ariſtaenetum Lib. I. Ep. 19.

12. ἐκ τῆς ἀπραγμοσύνης φύεται πράγματα. Vtilis vitae ſententia prouerbialis. Diogenianus et Suidas efferunt: πράγματα ἐξ ἀπραξίας. Optime in hanc rem Plutarchus in libello de *tranquillitate animi* ſub initium: ψεῦδός ἐστι τὸ εὐθυμεῖν τοὺς μὴ πολλὰ πράσσοντας. Paullo poſt: ὅθεν οὐδὲ Ἐπίκουρος οἴεται δεῖν ἡσυχάζειν, ἀλλὰ τῇ φύσει χρῆσθαι πολιτευομένους καὶ πράσσοντας τὰ κοινὰ τοὺς φιλοτίμους καὶ φιλοδόξους, ὡς μᾶλλον ὑπ' ἀπραγμοσύνης ταράττεσθαι, καὶ κακοῦσθαι πεφυκότας. Mox: δεῖ δὲ μὴ πλήθει μηδὲ ὀλιγότητι πραγμάτων, ἀλλὰ τῷ καλῷ καὶ τῷ αἰσχρῷ τὸ εὔθυμον ὁρίζειν καὶ τὸ δύσθυμον. τῶν γὰρ καλῶν ἡ παράλειψις οὐχ ἧττον ἢ τῶν φαύλων ἡ πράξις ἀνιαρόν. Interim vſitate loquendo πολλὰ πράττειν odioſum, et πολυπραγμοσύνη in vitio: vnde Orius iſte ſe eximens, et ἀπραγμοσύνην ſibi tribuens; alterum contrariis moribus praeditum, occulte φιλόνεικον et συκοφάντην vult dicere. v. ſupra ad Lib. I. Ep. 9. ἀπράγμονας. *Bergler.*

Epistola XXX.

Ἀμπελίων Εὐέργῳ.

Πολὺς ὁ χειμὼν τὸ τῆτες, καὶ οὐδενὶ ἐξιτητόν. Πάντα ἡ χιὼν κατείληφε, καὶ λευκανθίζουσιν οὐχ οἱ λόφοι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ κοῖλα τῆς γῆς· ἀπορία δὲ ἔργων, ἀργὸν δὲ καθίζειν ὄνειδος. Προκύψας δῆτα τῆς καλύβης, οὐκ ἔφθην παρανοίξας τὸ θυρίον, καὶ ὁρῶ σὺν τῷ νιφετῷ δῆμον ὅλον ὀρνέων φερόμενον, καὶ κοψίχους καὶ κίχλας. Εὐθέως οὖν ἀπὸ τῆς λεκάνης ἀναστάσας ἰξὸν, ἐπαλείφω τῶν ἀχράδων τοὺς κλάδους· καὶ ὅσον οὔπω τὸ νέφος ἐπέστη τῶν στρουθίων, καὶ πᾶσαι ἐκ τῶν ὁροδάμνων ἐκρέμαντο, θέαμα ἡδὺ, πτερῶν ἐχόμεναι, καὶ κεφαλῆς καὶ ποδῶν εἰλημμέναι. Ἐκ τούτων λάχος σοι τὰς πίονας καὶ εὐσάρκους ἀπέσταλκα πέντε εἴκοσιν. Κοινὸν γὰρ ἀγαθὸν τοῖς ἀγαθοῖς· φθονούντων δὲ οἱ πονηροὶ τῶν γειτόνων.

ADNOTATIO CRITICA.

1. τὸ τῆτες. Ita ex Caesareo. Ex Vaticano ταῖς θήτταις scriptum, i. e. *ancillis*. *Bergler.*

1. ἐξιτητόν. Sic ex Cod. Vind. B. dedi pro vulgato ἐξιτόν. Sic Lib. I. Ep. 23. εἰσιτητὸν, vbi vide Berglerum.

2. πάντα. post hanc vocem idem liber ponit γάρ.

2. κατείληφε. pro quo Cod. Vind. B. κατείληχε, quod et ipsum non contemnendum videtur.

4. ἀργὸν δὲ καθίζειν. Et hic variat idem liber, ita ta-

men, vt sensus idem maneat: ἀργῶς δὲ καταζῆν.

7. κοψίχους. Vind. κοσσύφους, quod idem est, *merulas*.

9. ἀχραάδων. Idem Ms. ἐχραάδων. vitiose.

9. ὅσον οὔπω. Ita ex Caesareo, ex Vaticano ὅσον δ' εἴπω, arbitror ex interpolatione, quam tamen et Caesareus videtur expertus, sed in melius. Suspicor fuisse ὅσον οὐδέπω, nam illud δ' in Vaticano non de nihilo videtur: et quia proxime sequens τὸ non est necessarium, forte plenius: ὅσον οὐδεπώποτε. *Bergler.* quem et vide ad Lib. I. Ep. 9. Contra tamen disputat Doruilius ad Charitonem p. 603. qui mentem alio habuisse veretur Berglerum, dum ὅσον οὔπω verteret *quantum numquam*, eoque errore inductus emenderet οὐδεπώποτε, quum tamen vertere debuisset *et iam*, *statim*, *e vestigio*.

11. ὀροδάμνων. Vind. B. ὀροδάμων.

13. λάχος σοι. Vulgata λαχόν μοι ex Vaticano. Accentus sic praeter morem, et quidem lituae inscriptus vna cum ο μικρῷ, adparetque fuisse λαχών μοι (i. e. *sortitus mihi*, cum *elegissem mihi*) quod, etsi facilius se fortasse alicui probauerit; tamen illud, licet vitiosum, ei praetuli, quia indicium est maioris vitii, et ad veram lectionem videtur manuducere. Puto autem primitus fuisse λαχμόν, illudque μοὶ ex μον ortum: deinde semel recepto μοὶ, omissum σοί. Itaque verti *partem electam*, quasi esset λαχμὸν τὰς πίονάς σοι. Hoc pronomen, siue isto loco ponatur, siue alio commodo, necessarium est. Debebat rusticus munus suum ornare verbis, vt fieri solet, ac liberalitatem suam ostendere; sed contra fit, quasi macras auiculas misisset amico, sibi ipsi pingues retinendo; quo pacto non tantum sordes suas proderet, sed et stultitiam, qui talia non reticeat potius et dissimulet. Talem effingere inepti scriptoris esset: aut alio modo id faciendum. Alias si ad illum accentum non attendatur, legi posset λάχος σοι; nam λαχόν σοι, quod pro λαχόντος σοι, absolute sic et impersonaliter poni posse norunt Graece penitius docti, minus hic placet; esset enim quasi: *cum*

fors tibi tulerit, quod et ipsum liberalitati detrahit, licet minus. Vellem autem Caesareum hic consuluissem, cum eum in multis locis fidelissimum expertus sim.

Quibus omnibus *Berglerus*, calluisse se, quid bene Graecum, quid secus sit, abunde monstrat, supersedere autem iisdem maximam partem poterat, nisi neglexisset Vindobonensem, quem et hic fidelem fuisset experturus: nam confirmat λάχος σοι, quod ideo in textum recepi. Timaeus in Lexico Platon. λάχος. κλῆρος, vbi vide Ruhnkenium.

Ne quid tamen omittam eorum, quae Critici ad emaculandum Alciphronem meum laudabili conatu, etsi non semper felici euentu contulerunt, addere liceat, quod Arnaldo Misc. Obseru. T. V. p. 289. in mentem venit: λόχον σοι, quo nimirum adlusum sit ad etymologiam verbi λόχος, quod secundum Eustathium Il. A. p. 68. dicatur παρὰ τὸ λέγω, τὸ ἐπιλέγω, ἐν ᾧ εἰσιν ἐπίλεκτοι. Numerum adeo, putat Arnaldus, quem addidit Noster, *viginti quinque*, suae fauere coniecturae, quum ex Homeri Iliad. Λ. v. 392. colligere potuerit Alciphron, totidem milites selectos λόχον (*manipulum*) constituisse — Quae coniectura tamen, fateor, non magis placet, quam Glossatoris Eichstad. λαβών σοι.

14. πέντε εἴκοσιν. Cod. Vind. inserit καὶ, vetantibus Grammaticorum filiis, qui a XX — XXX omitti debere pronuntiant. W.

14. κοινόν. Liber Vind. B. κοινωνεῖν.

15. φθονούντων. Idem Cod. φθονοῦσι δέ. Vulgata tamen melior pro φθονείτωσαν, quod et ipse Berglerus adnotauit.

COMMENTARIVS.

1. τῆτες. Hesychius: Τῆτες, ἐν τῷδε τῷ ἔτει. v. Harpocrationem et Suidam, et Kuehnium ad Pollucem VI, 73. W.

4. ἀργὸν καθίζειν ὄνειδος. Hesiodus in Opp. et diebus v. 311. ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος. *Bergler.*

4. προκύψας δῆτα τῆς καλύβης. Basilius in Ep. μὴ δυναμένου ἔξω τῶν δωματίων προκύπτειν. v. supra Ep. 23. Libri I. *Bergler.*

5. παρανοίξας τὸ θυρίον. Euripides Iphigenia in Aulide v. 857. τίς ὁ καλῶν πύλας παροίξας; Aristophanes in Pace v. 30. τηδὶ παροίξας τῆς θύρας. Ita et παρανοίξας, quamuis nondum adnotatum viderim in Lexicis. *Bergler.* v. etiam Hemsterhusium ad Aristoph. Plutum v. 415.

6. δῆμον ὅλον ὀρνέων. (*ein ganzes Volk Vögel*) Ita et ἔθνος κοράκων apud Thomam Magistrum p. 894. Nec aliter Latini vocibus *populus* et *gens* vti solent. *Manilius* V, 368. aerios populos habet. cf. et Ouidium Metam. XIII, 612. Est etiam δῆμος ὀνείρων (somniorum) apud Lucianum in Philopatri T. IX. p. 259. et ibi Gesner. p. 534. W.

7. κοψίχους. v. inprimis Hemsterhusium ad Luciani Iudicium Vocalium T. I. Bip. p. 314. W.

9. ἀχεράδων. vide Theocritum Idyll. I, 134. et ibi Scholiasten, Perizonium ad Aelianum III, 29. et Spanhemium ad Callimachum p. 770. W.

10. νέφος στρουθίων. Itidem, vt paullo ante ἔθνος de *multitudine* de qua significatione vide Interpretes ad Hebr. XII, 1. et Wesselingium ad Diodori Sic. Lib. III. c. 28. W.

11. ὀροδάμνων. Hesychius: Ὀροδάμνοι. Κλῶνες. Κλάδοι, Βλαστήματα. Ὄρπηκες. — Occurrit inter alia apud Lucianum Amor. §. 31. T. V. Bip. p. 293. W.

12. κεφαλῆς καὶ ποδῶν εἰλημμέναι. Ex hoc loco nostro emendat Cel. Wyttenbachius Ep. Crit. p. 63. Philostratum Icon. XXIX. p. 854. vbi ἡ μὲν γὰρ ἔχεται τοῦ ποδὸς, ἡ δὲ ἀκροῦ τοῦ πτεροῦ, ἡ δὲ εἴληπται (pro vitioso, quod vulgatum erat ἐσθίεται) τῆς κεφαλῆς. cf. omnino Reitzium ad Luciani Asinum §. 23. T. VI. Bip. p. 484.

15. φθονούντων. *pro* φθονείτωσαν. Attice. *Bergler.* Sic χαιρόντων Lib. II. Ep. 1. sub finem, infra Ep. 52. ποιούντων.

Epistola XXXI.

Φιλόκωμος Θεστύλλῳ.

Οὐπώποτε εἰς ἄστυ καταβὰς, οὐδὲ εἰδὼς τί ποτέ ἐστιν ἡ λεγομένη πόλις, ποθῶ τὸ καινὸν τοῦτο θέαμα ἰδεῖν, ὑφ' ἑνὶ περιβόλῳ κατοικοῦντας ἀνθρώπους, καὶ τ' ἄλλα ὅσα διαφέρει πόλις ἀγροικίας μαθεῖν. Εἰ οὖν σοι πρόφασις ὁδοῦ ἄστυδε γένηται, ἧκε ἀπάξων νῦν καμέ· καὶ γὰρ ἐγὼ δεῖν οἶμαι τοῦ πλειόν τι μαθεῖν, ἤδη μοι βρύειν θριξὶ τῆς ὑπήνης ἀρχομένης. Τίς οὖν δή με κἀκεῖ μυσταγωγεῖν ἐπιτήδειος, ἢ σὺ, ὁ τὰ πολλὰ εἴσω πυλῶν ἀλινδούμενος;

ADNOTATIO CRITICA.

Φιλόκωμος. Ex Vaticano dederat Berglerus Φιλόκυμος. Caesareum non consuluerat, coniecerat tamen Φιλόκωμος, vt ex re nomen haberet, et addicit Cod. Vind. B. — Pro Θεστύλλῳ Gloss. Eichstad. mauult Ἀστύλλῳ.

1. οὐπώποτε. Idem liber diuisim: οὔπω ποτέ.

1. εἰδὼς ποτε. Idem Cod. οὐδὲ ἴδω ὅτι ποτέ.

6. γένηται. Liber Vind. γένοιτο.

6. ἧκε. Idem liber sed vitiose ἧκεν. v. supra Ep. 5.

6. ἐγὼ δεῖν. Vind. B ἔγωγε ἄγειν.

8. κἀκεῖ. Idem Cod. κακεῖθι.

COMMENTARIVS.

1. οὐδὲ εἰδὼς τί ἐστιν ἡ λεγομένη πόλις. Vt fratres illi in Euboea apud Dionem Chrysost. in Euboico. *Bergler.*

7. ἤδη μοι βρύειν θριξὶ τῆς ὑπήνης ἀρχομένης. πρώτη ὑπήνη est apud Aristaenetum Lib. I. Ep. 11. p. 29. ἀπαλὴ ap. eumdem II, 19. — Βρύειν est propie *scatere*, deinde *prouenire*, *florere*, *abundare*. Quod, quamquam notum est, tamen gauisus sum inuenire, vbi non exspectaveram. Dum enim in Hagenbuchii Epistolis Epigraphicis aliud quaererem, incidi forte in satis amplam de vocum δεύεσθαι, βρύειν, *scatere* etc. vsu metaphorico disputationem, nec oblitus (p. 142.) Alciphronis mei vir sua aetate doctissimus. W.

(Nota: hic inserta est in Codice Vindob. B. epistola integra, adhuc inedita: Κωμαρχίδης Εὐχαίτῃ, quam infra inuenies.)

Epistola XXXII.

Σκοπιάδης Σκοτίωνι.

Βάλλ' ἐς μακαρίαν. Οἷον κακόν ἐστιν ὦ Σκοτίων ἡ μέθη. Ἐμπεσὼν γὰρ εἰς συμπόσιον κακοδαιμόνων ἀνθρώπων, (οἰνόφλυγες δὲ πάντες ἦσαν, καὶ οὐδεὶς τῷ μέτρῳ τὸ πιεῖν ἔστεργε· συνεχῶς δὲ περιφερομένης τῆς κύλικος, ἣν τοῖς ἀρνουμένοις τοὐπιτίμιον, δεῖν αὐτοὺς καὶ εἰς τὴν ὑστεραίαν ἑστιᾶν·) πιὼν οὖν, ὅσον οὔπω πρότερον ἐν ἀσκῷ βαστάσας οἶδα, τρίτην ταύτην ἡμέραν ἔχω· καὶ ἔτι σοι καρηβαρῶ, καὶ τὴν κραιπάλην ἀπερυγγάνω.

ADNOTATIO CRITICA.

Σκοτίωνι, et in contexto Σκοτίων. quod ex Ms. patrui Valkenarius ad Ammonium p. 78. pro vulgato Κοτίων adfert, vt veri magis ſimile recepi.

3. εἰνόφλυγες δέ. Cod. Vind. B. οἰνοφλυγεῖς, omiſſo δέ. Vtrumque male. Paullo poſt pro πιεῖν — πίνειν, et pro συνεχῶς δὲ — συνεχῶς δή.

4. συνεχῶς — ἀπερυγγάνω. Berglerus ita dederat ex Vaticano, quem, niſi quid obſtat, vbique ſequitur: συνεχῶς δὲ, περιφερομένης τῆς κύλικος, ἣν τοῖς ἀρνουμένοις τοὐπίτιμον, ἔδει γὰρ αὐτοὺς εἰς τὴν ὑστεραίαν ἑστιᾶν· οἶδα (δ') ἐγὼ τρίτην ταύτην ἔχων ἡμέραν καρηβαρῶν καὶ τὴν κραιπάλην ἀπερυγγάνων. Ad quae Berglerus adnotauit haec: τοὐπίτιμον. ita ex Caeſareo. Ex Vaticano, ἣν τοῖς ἀρνουμένοις ἐπέχεον, i. e. *quem calicem in renuentes effundebant*, magno ſane diſcrimine. Poſſet ex his duobus Codicibus legi: ἣν τοῖς ἀρνουμένοις ἐπέχεον, ἣν αὐτοῖς τοὐπίτιμον. Pro ἐπίτιμον alias vſitatum ἐπιτίμιον, nihil tamen mutauerim; cum et πρόστιμον dicatur. Haec *Berglerus*. [Caeſareus, i. e. Vind. B. nec τοὐπίτιμον habet nec τοὐπιτίμιον, ſed τουπότιμον, ex raſura tamen, quod me monuit amiciſſ. Baſtius. Variant omnino in ἐπίτιμον et ἐπιτίμιον Codd. in aliis etiam ſcriptoribus. v. du Soul ad Luciani Merc. cond. T. III. Bip. p. 528. — Ἐπιτίμιον praefert merito Valkenarius etiam ad Ammonium p. 78. qui totum locum ſic conſtituit: ἣν τοῖς ἀρνουμένοις τοὐπιτίμιον, ΔΕΙΝ αὐτοὺς ΚΑΙ εἰς κ. τ. λ. quod placet, quum eiecto γὰρ parentheſium, quas vel ſic nimis h. l. Noſter cumulauit, numerus minuatur, et τὸ ΚΑΙ teſte Berglero, in Vaticano etiam inueniatur.] Reſtat, vt quid Berglerus ad ſequentia οἶδα (δ') ἐγὼ adnotauerit, exſcribam. Ita, inquit, ex Vaticano, niſi quod (δ') incluſi ſignis. Caeſareum non conſulueram. Videtur autem particula illa addita ab aliquo, non ſentiente hyperbaton, qualia apud Noſtrum plura,

Sic autem haec cohaerent: ἐμπεσὼν — οἶδα.

Iam vero operae pretium sit audire Codicem Vind. B. qui longe alia et plura exhibet, quam reliqui. Sic igitur scriba dedit: συνεχῶς — ἑστιᾶν. ΕΙΤΙΣ ΗΡΝΕΙΤΟ ΤΗΝ ΚΥΑΘΟΝ· ΠΙΩΝ ΟΥΝ ΟΣΟΝ ΟΥΠΩ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΕΝ Α'ΣΚΩι ΒΑΣΤΑΣΑΣ οἶδα τρίτην ταύτην ἡμέραν ἔχΩ, ΚΑΙ ΕΤΙ ΣΟΙ καρηβαρΩ καὶ τὴν κραιπάλην ἀπερυγγάνΩ. — Totum igitur locum inde a συνεχῶς vsque ad finem ita refinxi, vt cum Valkenariano τουπιτίμιον et ΔΕΙΝ-ΚΑΙ reciperem, deinde verba Codicis Vind. εἴτις ἠρνεῖτο τὴν κύαθον, vt glossema, idque ne suo quidem loco positum (est enim praecedentis ἀρνουμένοις interpretamentum) eiicerem, reliqua vero omnia, quae interpolatoris esse non possent, reciperem. Tenor igitur orationis ab ἐμπεσὼν exorsus, post intermedias parentheses Nominatiuo πιὼν οὖν denuo incipit, et vterque Nominatiuus non cum οἶδα, vti Bergerus (aliter enim non poterat) volebat, sed cum ἔχω — καρηβαρῶ — ἀπερυγγάνω cohaeret. Locum igitur vel Bergleri, vel meis verbis ita verto: *Cum enim incidissem in conuiuium perditissimorum hominum, (temulenti autem omnes erant, nec vllus modici vini vsu contentus esse volebat, immo vero, adfidue in orbem eunte calice, poena renuentibus statuta erat haec, vt postridie epulas ipsi darent) — quum igitur bibissem, quantum numquam in vtre portare memini, tertium iam diem ita me habeo, vt etiam nunc grauedinem capitis sentiam, crapulamque eructem.*

COMMENTARIVS.

1. Βάλλ' ἐς μακαρίαν. Antiphanes Comicus apud Athenaeum p. 18. εἰς μακαρίαν, τὸ λουτρὸν ὡς διέθηκέ με. Aristophanes in Vespis v. 976. ἐς κόρακας. ὡς οὐκ ἀγαθόν ἐστί γε τὸ ῥοφεῖν (*sorbere*) ibid. v. 1245. κα-

κὸν τὸ πίνειν. Tale quid videtur et Menander dixisse apud Athenaeum Lib. X. p. 446. βάλλ' ἐς κόρον. ἤδη πώποτ' ἔπιες Σωσίλα, sequentia sunt corrupta. *Bergler.* v. adnotata ad Lib. I. Ep. 9. et 17.

4. συνεχῶς δὲ περιφερομένης τῆς κύλικος. Lib. I. Ep. 22. κύλικος συνεχὲς περισοβουμένης. Vide ibi notata.

8. τρίτην ταύτην ἔχω ἡμέραν. Supra Ep. 21. huius libri: ὁ μὲν ἀνὴρ ἀπόδημός ἐστί μοι τρίτην ταύτην ἡμέραν ἔχων ἐν ἄστει. Lib. I. Ep. 1. ὡς γὰρ τρίτην ταύτην εἶχεν ὁ χειμὼν ἡμέραν. *Bergler.*

9. καρηβαρῶ. Hesychius: Καρηβαρεῖ. βαρύνεται κεφαλήν. ἐξ οἴνου μεθύει. κάρηνα δὲ κεφαλήν.

Epistola XXXIII.

Ἀνθυλλα Κορίσκῳ.

Ἔοικε καὶ τὰ νάματα εἰς τὰ ἄνω ῥυήσεσθαι, εἴγε οὕτως, ὦ Κορίσκε, ἀφιλικέστερος γεγονώς, ὅτε ἤδη λοιπὸν ὑΐδους καὶ θυγατριδοῦς ἔχομεν, ἐρᾷς κιδαρῳδοῦ γυναικός, κἀμὲ κνίζεις ἄχρι τοῦ καὶ αὐτὴν ἐκρινῆσαι τὴν καρδίαν. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἀτιμάζομαι, τριακοστὸν ἔτος ἤδη συνοῦσά σοι· παρθένιον δὲ ἡ ἱππόπορνος μεθ' ὑποκορισμῶν ἐκθεραπεύεται, ὅλον σε αὐτοῖς ἀγροῖς καταπιοῦσα. Γελῶσι δὲ οἱ νέοι, καὶ σὺ τοῦ γέλωτος ἀναισθήτως ἔχεις. Ὦ γῆρας ἑταίρας παίγνιον.

ADNOTATIO CRITICA.

2. ἀφηλικέστερος, Cod. Vind. B. male ἀφηλικέστερον.

3. ὑΐδους pro υἱοὺς recepi, rectissime suadente Piersono ad Moerin p. 379. Gloss. Eichst. idem coniecit vel υἱωνούς.

6. παρθένιον. Loco παρθενίαν reposui auctoritate motus Toupii Emendatt. in Suidam p. 525. ed. Lipsi. qui sic vertit et interpretatur: *Parthenium autem, nobile illud scortum, impense colitur, quae totum te cum agris tuis deuorauit.* „Ita scribendus, „sic pergit, et interpretandus „iste locus, qui viros doctis„simos frustra habuit. Vulgo „ineptissime legitur παρθε„νίαν. Sed παρθένιον est „nomen ὑποκοριστικὸν, in „quo tota vis et venustas „huius loci consistit. *Sua„vicula illa puella, quae tota „tota virgo est.* Non po„tuit festiuius noster Alci„phron." — Nec potuit acutius noster Toupius.

8. σὲ αὐτοῖς. Vind. B. σεαυτὸν, nisi voluerit σεαυτὸν αὐτοῖς. v. supra Lib. I. Ep. 2.

COMMENTARIVS.

1. Ἔοικε καὶ τὰ ναύματα εἰς τὰ ἄνω ῥυήσεσθαι. Ita incipit et Ouidius Trist. I. El. 7.

In caput alta suum labentur ab aequore retro
Flumina. — *(deinde:)*
Omnia iam fient, fieri quae posse negabam,
Et nihil est, de quo non sit habenda fides.
Haec ego vaticinor, quia sum deceptus ab illo,
Laturum misero quem mihi rebar opem.

De prouerbio ἄνω ποταμῶν Erasmus in *Sursum versus* etc. et Schottus ad Zenobium Cent. II. Prou. 56. *Bergler.* Eurip. Phoen. 663. Horat. Od. I, 29. et quis non?

2. ἀφηλικέστερος γεγονὼς etc. Lib. I. Ep. 6. quae est eiusdem cum hac argumenti: ἀφηλικέστερος καὶ γυναικὶ πάλαι συνὼν, καὶ παιδίων οὐ μάλα νηπίων πατήρ. *Bergler.*

5. ἐκρινῆσαι τὴν καρδίαν. Ab ἐκρινᾶν. a ῥίνη, lima. *Bergler.*

7. ἡ ἱππόπορνος. vide quae adnotata sunt supra ad Lib. I. Ep. 38.

8. ὅλον σε αὐτοῖς ἀγροῖς καταπιοῦσα. Anaxilas Comicus apud Athenaeum p. 550. Ἡ δὲ Φρύνη τὴν Χάρυβδιν οὐχὶ πόρρω ποιεῖ; Τόν γε ναύκληρον λαβοῦσα καταπέπωκ' αὐτῷ σκάφει.

Epistola XXXIV.

Γνάθων Καλλικωμίδῃ.

Τίμονα οἶσθα, ὦ Καλλικωμίδη, τὸν Ἐχεκρατίδου τὸν Κολλυτέα, ὃς ἐκ πλουσίου, σπαθήσας τὴν οὐσίαν εἰς ἡμᾶς τοὺς παρασίτους καὶ τὰς ἑταίρας, εἰς ἀπορίαν συνηλάθη· εἶτ' ἐκ φιλανθρώπου μισάνθρωπος ἐγένετο, καὶ τὴν Ἀπημάντου ἐμιμήσατο στύγα; Καταλαβὼν γὰρ τὴν ἐσχατιὰν, ταῖς βώλοις τοὺς παριόντας βάλλει, προμηθούμενος μηδένα αὐτῷ καθάπαξ ἀνθρώπων ἐντυγχάνειν· οὕτως τὴν κοινὴν φύσιν ἀπέστραπται. Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν Ἀθήνησι νεοπλούτων Φείδωνός τε εἰσὶ καὶ Γνίφωνος μικροπρεπέστεροι. Ὥρα μοι μετανίστασθαι, καὶ πονοῦντι ζῆν. Δέχου δὴ οὖν με μισθωτὸν κατ' ἀγρὸν, πάντα ὑπομένειν ἀνεχόμενον ὑπὲρ τοῦ τὴν ἀπλήρωτον ἐμπλῆσαι γαστέρα.

ADNOTATIO CRITICA.

Γναθων. Scriptum Γνάδων [etiam in Cod. Vind. B.] Sed notum parasiti nomen Γνάθων. Apud Lucianum etiam in Timone (T. I. Bip. p. 114.) ad hunc iam denuo diuitem factum primus omnium sese insinuaturus accedit Γναθωνίδης ὁ κόλαξ. *Bergler.*

2. Κολλυτέα. Ita scriptum habemus, nec mutaui, nam et Lib. I. Ep. 39. in fine, vbi ipsius pagi nomen Κολλυτῷ. *Bergler.* qui tamen sibi non constat v. I, 39.

16. τὰς ἰσχνὰς ἐγχύλους. Sic Vaticanus, nec aliter Doruilius ad Chariton. p. 297. Florent. τὰς ἴσχν' ἐγχύλους. Abreſchio in Addendis p. 115. grauius adfecta videntur, nec lenius, quod adplicaret, remedium inuenit, quam vt ſcriptum fuiſſe ſuſpicaretur ἰσχνῶς ἐγχύλους, *graciliter ſucculentas*, et extrinſecus adſumendum τοιαύτην τὴν σχέσιν. Apule. Mileſ. II. ſub init. Sed et cetera corporis inexplicabiliter ad regulam congruentia, inenormis proceritas, *ſucculenta gracilitas*, rubor temperatus, flauum et inadfectatum capillitium, vbi vide Pricaeum aliosque interpretes, itemque ad Terent. Eun. Act. 2. Sc. 3. v. 26. Κατάξηρον opponit τῇ ἐγχύλῳ, vt ἀπεξηραμένον atque ἔγχυλον Alexis apud Athenaeum Lib. IX. p. 383.

Τὰ κρέα δ' ἔσται οὐκ ἀπεξηραμένα
Ἔγχυλα δ' ἀτρέμα καὶ δροσώδη τὴν σχέσιν.

Haec igitur Abreſchius. Quid ſi vero ſcribas: ἰσχνὰς ἐγχέλεις, *ſchlanke Aale*?

16. τρίχες ἐνουλισμέναι. Et Florent. et Vaticanus falso τρίχας. Apud Aristaenetum p. 3. κόμη φυσικῶς ἐνουλισμένη, quo vocabulo ditare licet Henr. Stephani Thesaurum. *Abresch.*

17. ξανθιζουσαι. Flor. ξανθίσουσα. Nec hoc recte. ibid. ἀφαρμάκευστα. Flor. ἀφαρμάκεστα. Neuter fortasse satis adcurate: melius sine dubio ἀφαρμάκευτα.

18. ἀκρωμίς. Et hac voce augeri potest Stephanus. Alias ἀκρωμία et ἀκρώμιον. v. Foesii Oeconom. Hippocrat. Pollucem et Lexica. Herodianus de Commodo p. 471. κόμη ἣν φύσει ξανθὴ καὶ οὐλη. *Abresch.*

20. καὶ τὸ μέλαν — κύκλῳ λευκόν. Aristaenetus Lib. I. Ep. 1. p. 3. τὸ δὲ μέλαν αὐτῶν, αἱ κόραι μελάντατοι· καὶ τῷ κύκλῳ λευκὸν, αἴγλην λευκόταται, vbi variant Codices in voce αἴγλην. Fortasse amicissime Bastius lucem adfundet loco.

VI.

Ἦν δὲ τοὔδαφος λωτῷ καὶ τριφύλλῳ μαλθακὸν, ἐν μέσῳ κύκλῳ καί τινες ὑάκινθοι, καὶ ἀνθεμάδια ποικίλα. (Hoc fragmentum dedit Doruilius ad Charitonem p. 639. hac adiecta adnotatione: Primo repone e Codice καὶ post ἦν δὲ, deinde dispice, vtrum ἐν μέσῳ ad superiora, et κύκλῳ ad sequentia velis referre, nec ne; sed cuius caussa locum adposui, rescribe ἄνθεμα διαποίκιλα, *flores varii.* Ἄνθεμον vox proba. Inspice Schol. Aristoph. Acharnan. v. 901. Suidae Lexicon in ἀνθέμων. Occurrit quoque in Anthol. 3, 12. 11. [Iacobs T. II. p. 79.] Τρυγόνιον, Σαβακῶν ἄνθεμα Σαλμακίδων. Hactenus Doruilius. Est etiam initium huius fragmenti vsque ad μαλακὸν, addito καὶ, vti Doruilius suaserat in Io. Steph. Bernardi notis ad Nonni Diaetet. T. II. p. 320.)

VII.

Ἔτι μέν τοι ὁ μάλιστα ἡδέως ἐφάγομεν, θριδακῖναι, καὶ σέλινα, ἡλίκαι δοκεῖς θριδακῖναι. (Ex Valkenarii notis ad Euripidis Hippolytum p. 215.)

VIII.

Ὦα τε τρέμοντα ταῦτα ὥσπερ αἱ πυγαὶ, καὶ χειμερίδος ἀπαλῆς τεμάχη καὶ ἀλεκτορίδες οἰκουροί. Ex Ms a Valkenario acceptum hocce fragmentum Adr. Heringa dedit Obſeruatt. Crit. p. 280. pro mendoſo tamen χιμαιρίδος, [capellae.]

IX.

Οἶνος ἦν οὐκ ἐπιχώριος, ἀλλὰ Ἰταλός· οἷους, ἔφης, καδίσκους ἐξ Ἐλευσῖνος ἐωνῆσθαι, σφόδρα ἡδὺς καὶ ἄφθονος. Eſt apud Doruillium ad Chariton. p. 475. qui ex hoc loco Eleuſina non myſteriis tantum, ſed mercatu etiam celebrem fuiſſe colligit.

X.

Εἶτα γαλάκτια ποικίλα, τὰ μὲν μελίπηκτα, τὰ δὲ ἀπὸ ταγηνοῦ, πυτίας μοὶ δοκῶ καλοῦσιν αὐτὰ, καὶ σκώληκας τὰ πεμμάτια. Hocce fragmentum debeo Io. Steph. Bernardo ad Nonnum T. II. p. 77. vbi de voce πυτία, (coagulum, ſed maxime leporinum) de qua prouocat ad Lemnium de occultis naturae mirac. Lib. II. c. 3. p. 148. et carmen elegantiſſ. Bald. Rouſſei, inſcriptum Lepus p. 5. Placentas deinde e lacte coagulato paratas πυτίας dictas ex hoc Alciphronis probat fragmento, in quo tamen ταγηνοῦ et σκώληκας recte repoſuit pro ταγηνοῦς et σκώλυκας, quae in Apographo erant.

(Nota: Fragmenta VII — X. ex vna eademque epiſtola videntur decerpta, quod tamen nolim praeſtare.)

XI.

Πέτρα τις ἦν συνηρεφὴς κατὰ τὴν κορυφὴν δάφναις καὶ πλατανίστοις. Eadem epistola scripta praebet σκευηρεφῆ τινα λόχμην, vbi scribi debuerat συνηρεφῆ. Sic Valkenarius in notis ad Euripidis Hippolytum p. 219.

XII.

Ἀπὸ δὲ αὐτῆς (πέτρας) ὕδωρ ἀκήρατον ἐστάλαττεν· ὑπὸ δὲ τῆς — — Prior Periodus plane delituit in Apographo, quia ἀπὸ et ὑπὸ initiales voces. Ita Dorvilius ad Charit. p. 537.

(Et haec duo vnius epistolae fortasse sunt.)

XIII.

Ἡνίκα δ' ἀναστᾶσα κατωρχήσατο, καὶ τὴν ὀσφὺν ἀνεκίνησεν ἡ Πλαγγών, ὀλίγου ὁ Πὰν ἐδέησεν ἀπὸ τῆς πέτρης ἐπὶ τὴν πηγὴν αὐτῆς ἐξάλλεσθαι. Est apud Dorvilium ad Charitonem p. 295. ed. Lipsi.

XIV.

Τὰ δὲ λοιπὰ κυπαρίττια, καὶ μυρίνη, ἐρωτικοῦ, φίλη, κτηματίου ὄντως, οὐ γεωργοῦ. Qui locus in Apographis quibusdam male habitus, qui ignorauerunt, epistolam ad feminam scriptam esse, cui nomen Φιλοδημῶ, vulgo Φιλοδήμῳ. At debebat Φιλοδημοῖ. Cod. Φιλοδημῶ. Sic Dorvillius ad Charit. p. 414.

XV.

Πολλὰ μὲν ταῖς Νύμφαις, πλείω δὲ, ἢ οὐκ ἐλάττω τῇ Ἀφροδίτῃ ἱκετεύομεν διδόναι τινὰ ἡμῖν ἐρωτικὴν ἄγραν, vbi paullo ante lege: καὶ Πὰν οἷον κατοπτεύων τὰς Ναΐδας, ὑπερέκυπτεν, male ὑπερέκρυπτεν. Apud eundem p. 539.

XVI.

Ἀπέπτυσε γὰρ ἡμᾶς, καὶ ἀκαθάρτους εἰπὼν ἀπεστράφη. Sed tu lege ex Codice ἀπεφθάρη. Ibidem p. 544.

XVII.

Ἔνθα ἀγροῦ ὑπαίθριοι χάριτες, ſub ſereno, ſub aperto aethere, non clauſae, vbi in apographis nonnullis ſecunda vox deeſt. Idem. p. 587.

XVIII.

Ἀλλ' ὑπὸ ταῖς μυρρίναις ἦν ἰδοὺ τὸ χωρίον, ὡς ἔνδροσόν ἐστιν ἐν κύκλῳ, καὶ ἄνθεσι ποικίλον. Ἐπὶ αὐτῆς βουλοίμην ἂν τῆς πόας κατακλιθῆναι, ἢ ἐπὶ τῶν ταπητίων ἐκείνων, καὶ τῶν μαλθακῶν ὑποστρωμάτων, νὴ Δία. Cod. et Apogr. male ἦν pro ἔν. Apogr. omittit τρυφεροῖς. Idem p. 601. — Ex Doruilio laudat etiam Pierſonus ad Moer. p. 375. legit tamen ἦν ἰδοὺ, pro ἔν ἰδοὺ, prouocans ad Hemſterhuſ. ad Luciani Dial. Mort. X. (T. II. Bip. p. 459.)

XIX.

Μισῶ τὸν ἐκ τῶν γειτόνων ἀλεκτρυόνα· κοκκύσας ἀφείλετό μου τὴν παροιμίαν, ἔδει ἀπολαῦσαί σε. Valkenar. in Animadv. ad Ammonium p. 230.

XX.

Ἔσται δέ σοι ὁ αὐτὸς οὗτος Θεὸς καὶ Παιὼν, καὶ ἀπολύσει σε τῆς ἀκράτου χολῆς, οἶνῳ σβέσας τὸ τοῦ θυμοῦ ὑπέκκαυμα. Eſt ex epiſtola Callipidis ad Cnemonem, quam olim habuit Pet. Victorius, v. eius Commentar ad Ciceronis Epp. ad Div. Lib. XIV. Ep. 7. vbi χολὴν ἄκρατον. „Hortatur autem, ita ibi Victorius, vt triſtitiam acerbitatem„que animi deponat, quod pulcre faciet, ſi ludos Bacchi ce„lebrans, Dei illius muneribus vſus *meram bilem* diſcuſſerit. „Fuit autem Cnemon non minus quam Timon ille Athenien„ſis, humani generis oſor, vt ambo adpellati ſint μισάν„θρωποι."

ALCIPHRONIS
EPISTOLAE
LATINE.

ALCIPHRONIS
EPISTOLAE
LATINE.

Lib. I. Ep. 1.

Eudius Philoscapho.

Fructuosam nobis hodie in serenitatem mare stratum est. Quum enim per triduum hocce durasset tempestas, vehementerque mare versus spirasset a promontoriis Boreas ita, vt inhorresceret pontus ingraueſcens, vndarum vero spuma efflores ceret, per totum aequor crebri frangerentur fluctus, (partim enim rupibus adlidebantur, partim vero suo ipsorum rumpebantur tumore;) ab omni omnino opere fuit cessandum. Tuguria igitur ad litus occupauimus, paucisque segmentis, quae nauium fabricatores nuper ex caesis quercubus reliquerant, collectis, ignem accendimus, quo frigoris acerbitati mederemur. Quartus vero hic, qui nobis contigit, vere, vti puto, halcyonius dies, (licet enim hoc ex sudo coniicere caelo) cumulatissimas nobis repraesentauit diuitias. Vt primum enim adparuit sol, primusque eius radius e mari refulsit, subductam nuper scaphulam propere deduximus, retibusque impositis operi incubuimus. Haud longe a litore retibus explicitis, hem! quam larga piscatio! quantum piscium traximus! parum enim aberat, quin suberinos adeo cortices vndis immergeret rete inflatum. Statim igitur opsonatores adesse, qui, quum expediissent pecu-

nias, iugis in humeros sublatis, corbibusque vtrimque suspensis in vrbem ex Phalero properarunt. His omnibus vendere, quantum satis esset, potuimus, praeterea vero abstulimus vxoribus liberisque haud exiguam minutorum piscículorum molem, quibus non per vnum, sed, si tempestas ingruat, plures adeo dies exsatiari possint.

Ep. 2.

Galenus Cyrtoni.

Frustra est, quidquid laboramus, mi Cyrton! qui interdiu solis aestu vrimur, noctu vero ad faces profundum contis perscrutamur, et, quod in prouerbio est, in Danaidum dolia amphoras effundimus: ita incassum et inutiliter eneruamur. Nobis nec vrtica, nec peloride (conchis marinis) ventrem datur explere, dominus vero exigit et pisces et numulos. Nec contentus haec a nobis accipere, immo vero ipsam perscrutatur adsidue scaphulam. Nuper adeo, quum ex Munychia misissemus adlaturum ad eum pisces Hermonem, quem nosti, adolescentulum, spongias nobis imperauit et lanas marinas, quae nascuntur modice in Eurynomes stagno *[vel, si mauis: quas valde adpetit, vt Eurynomae amicae limbum tunicae virgatum inde texendum curet.]* Quas, quum ita exegisset, Hermon relictis et onere et piscibus, relictis nobis ipsis, scaphaque nostra, aufugit in lembo remis instructo Rhodiis quibusdam tinctoribus sese adsociaturus. Sic igitur dominus seruum, nos vero fidum laborum socium non sine dolore desideramus.

Ep. 3.

Glaucus Galateae.

Bona est terra, et agricultura periculi expers. Non temere igitur Anisidoram illam adpellant Athenienses,

dona quippe ſubminiſtrantem, per quae vitam ſanitatemque tueamur. Damnoſum contra mare, et nauigantium vita periculis expoſita. Recte ita iudico vſu et experientia edoctus. Aliquando enim piſces venditurus audiui quemdam in Poecile verſantium, eumque discalceatum, luridique coloris, verſiculum recitantem, amentiamque nauigantium increpantem: dixit autem, Arati cuiusdam eſſe aſtronomi (verſiculum,) et, quantum memini, totum enim referre non poſſum, erat huiusmodi: EXIGVVM LIGNVM DEFENDIT AB ORCO. Cur igitur, cara coniux, non ſapimus, tandemque aliquando vitae genus morti ita vicinum fugimus, praeſertim quum liberos habeamus, quibus etiamſi non multum praeſtare ob inopiam poſſumus, hoc tamen poterimus beneficium tribuere, vt fluctus decumanos diſcant marisque pericula ignorare, agricultura autem victum quaerant, ſecuramque et timoris expertem vitam amplectantur.

Ep. 4.

Cymothus Tritonidi.

Quantum mare differt a tellure, tantum et nos illi operam dantes ab iis, qui vrbes pagosue incolunt, diſtamus. Iſti enim vel intra moenia manentes rem publicam adminiſtrant, vel agris colendis intenti glebae ad vitam ſustentandam exſpectant prouentus; nobis autem, quibus vita in aqua degitur, mors eſt terra continens aeque ac piſcibus, minime valentibus aerem reſpirare. Quid tibi igitur, coniux, in mentem venit, quae, relicto litore linique ſtaminibus, vrbem frequentas, Oſchophoria et Lenaea cum diuitibus Athenarum feminis celebratura? Non eſt hoc ſapere, rectumue conſilium ſequi; non ita te pater ex Aegina, vbi naſci te et educari contigit, coniugii religione mecum ſocia-

vit. Vrbem si amas, vale, remque tuam tibi habe: ad virum, si marina amas, redi, sapientius consilium secuta, constans tamen tibi obliuio contingat vanarum illarum in vrbe pomparum solemnium.

Ep. 5.

Naubates Rhodio.

Solum diuitem te putas, qui conductas a me operas maiori mercede inescatas corrumpis. Nec mirum: verriculi enim iactu aureis nuper, quos Daricos vocant numis donatus es, Salaminiae fortasse naualis pugnae reliquiis, in qua demersam credo nauem Persicam vna cum viris opibusque, quo tempore maiorum nostrorum memoria Themistocles, Neoclis filius, magnum illud de Medis tropaeum erexit. Ego vero contentus viuo, si vitae necessitates quotidiano manuum labore comparare mihi possim. Sed si diues es, aequitatis noli esse immemor, easque non prauitatis, sed virtutis tibi sinas esse adiutrices.

Ep. 6.

Panope Euthybolo.

Duxisti me, Euthybole, non abiectam mulierem, nec ignobilem, sed ex honesto patre, honestaque matre prognatam. Sosthenem Stirienſem patrem habui, matrem Damophylen, qui me desponsatam vnicam et ex asse heredem ad procreandos genuinos liberos matrimonio tibi iunxerunt. Tu vero oculis leuis et inconstans, et ad omnem Veneream voluptatem effusus, neglectis me et communibus liberis, Galene et Thessalione, Hermionenſem amas inquilinam, quam malo amantium Piraeeus excepit. Comissatum enim ad eum venit maritima iuuentus, aliusque aliud donum adfert; at

illa non adſpernatur, et Charybdis inſtar haurit. Tu vero vltra piſcatoris conditionem largus, non maenas offers, vel mullos, immo dare dedecori habes; ſed aetate prouectior, tot annos coniux, liberorumque non admodum paruulorum pater remouere riuales cupiens, reticula Mileſia, et Siculam veſtem, aurumque inſuper ei mittis. Aut igitur ab iſta inſolentia deſiſte, et luxuriam iſtam inſanumque mulierum amorem mitte; aut me ſcias ad patrem redituram, qui me profecto tuebitur, tuum vero nomen, quod male me habueris, ad iudices deferet.

Ep. 7.

Thalaſſius Pontio.

Miſi tibi pſittam et ſandalium, et mugilem, et murices quinque et triginta, tu mihi viciſſim duo remos mittas, mei enim diffracti ſunt. Mutua eſt amicorum inter ſe gratificatio, et qui ita ſe compoſuit, vt confidenter petat, aperte demonſtrat, ſua omnia amicorum communia, viciſſim vero, quae amicorum ſunt, ad ſe credere pertinere.

Ep. 8.

Eucolymbus Glaucae.

Conſilii dubius beneuoli alterius iudicium lubens amplectitur. Sic et ego diu ventis collocutus, (nam ne tecum quidem, optima coniux, audebam,) nunc animum expromo, petoque abs te, vt conſilio, quod optimum tibi videatur, me adiuues. Audi igitur, quid rei ſit, et de quo te oporteat pronuntiare ſententiam. Res noſtrae, vti ſcis, ad incitas redactae, victusque admodum tenuis eſt, et vitae neceſſitates vix ac ne vix quidem ſuppeditat mare. Lembus igitur, quem vides

(in portu) remis instructum et remigibus multis, Corycius est linter, piratae vero, qui in eo coierunt. Isti autem socium me volunt adscisscere sceleris, aliis ex aliis opes immensas pollicentes. Et auro quidem, quod promittunt, et vestibus inhio, homicida vero vt fiam, a me impetrare non possum, aut cruore vt manus polluam, quas inde a puero ad hunc vsque diem mare integras purasque a scelere seruauit: in contubernio tamen paupertatis perseuerare aeque graue atque intolerabile sit. Vtrum horum eligendum sit, tu perpendas velim, optima, quocumque enim inclinaueris semel elocuta, eo me habebis sequentem: solet enim dubitationem amicorum consilium praecidere.

Ep. 9.

Aegialeus Struthioni.

Heu! quam aduersa nobis, et, quod in prouerbio est, ad Mandrabuli exemplum eueniunt fata. Vilibus enim terunciis vendere vitae necessitates et emere miserum adfert solatium. Tempus igitur est, mi Struthio, vt tu operam tuam nostrae consocies, vicissimque ex iis, quae mare subministrat, aliquod a nobis exspectes leuamen. Velim vero in vnius alteriusue praedivitum, te parario, vel Erasicli Sphettii, vel Philostrati Cholargensis notitiam venire, vt ipsi in sportis adportem pisces; ita enim fiet, vt praeter pecuniam acceptam mihi, te conciliante, apud eum contingat oblectatio, dum Dionysia vel Apaturia celebrantur. Et omnino ex graui res promercales curantium manu nos liberabunt aedilium, qui quotidie, lucri captandi caussa, litium ofores infectantur calumniis. Multum vero vos parasitos valere apud iuuenes et diuites, non tam fama, quam res ipsa loquitur.

Ep. 10.

Cephalus Pontio.

Mare, vt vides, horror inceſſit, et caelum ſubiit caligo, et omnia vndique nubibus obducta, et venti inuicem cum ſtrepitu depugnantes ex imo miſcere totum mare minantur cum maxime. Sed et Delphines ſubſultantes, et fluctus tumentes transſilientes inſtantem procellam portendunt. Tauri ortum in caelo aiunt aeris ſpeculatores proxime inſtare. Quamquam igitur feruantur ſaepe, qui caute ſatis ac prouide periculum euitant; ſunt tamen alii, qui, ſi ſemel maris periculis ſeſe expoſuerint, conſilii inopes fortunae gubernaculis commiſſis ferantur. Quo fit, vt alios audiamus ad Maleae promontorium, alios in Siculo freto, alios in Lyciaco pelago cum impetu ablatos ſcopulis adlidi, vel mergi vndis. Nihilo autem his aequior eſt Caphareus ad tempeſtates et pericula. Exſpectemus igitur, donec aeſtus ſedatus ſit, ſerenitasque redierit caelo; tum vero abeamus ad ipſius Capharei litora, vt, ſicubi naufragio eiectum inueniatur cadauer, rite compoſitum terrae mandemus. Non enim praemio caret animi bonitas, etiamſi non ſtatim benefacti remuneratio adpareat. Alit enim homines praeter ſperata bona, diffunditque animum conſcientia recti, maxime vero, ſi in populares defunctos beneficium contulerint.

Ep. 11.

Thynnaeus Scopelo.

Audiſtine famam grauiſſimam, mi Scopele? De eo Athenienſes cogitant, vt claſſem mittant vltra patriae fines belli naualis cauſſa. Atque etiam Paralos et Salaminia, citae illae quam maxime naues et praeuiae in eo ſunt, vt a litoribus ſoluant, inquiſitoribus, nuntia-

turis, vnde et quando ad bellum exeundum sit, impositis. Reliquis classiarios milites excepturis nauibus opus est remigibus pluribus, iis maxime, qui cum ventis fluctibusque depugnare visu et experientia didicerunt. Quid igitur, mi bone, faciamus? Fugiamus, an maneamus? Cogunt vndique ex Piraeeo et Phalero et Sunio ad Geraesti adeo adcolarum fines omnes rei maritimae gnaros. Quomodo vero nos, ne forum quidem experti, sustineamus in acie collocari, et armatis viris ad manus esse? In duobus autem incommodis, vt vel fugiamus, qui habemus vxores et liberos, vel gladiis aeque ac mari vitam exponamus, manere quum damnosum sit, fugere visum est vtilius.

Ep. 12.

Naufibius Prymnaeo.

Quam luxurioſi ſint et delicatuli diuitum Athenis adoleſcentes filii, adhucdum ignoraueram. Nuper vero, vbi Pamphilus cum aequalibus conduxiſſet ſcaphulam, vt tranquillo mari circum nauigaret, et in capiendorum piſcium ſocietatem nobiscum veniret, qualia terra marique ſibi illi quaerant delectamenta, intellexi. Impatiens enim lignearum cymbae piſcatoriae tabularum, in tapetibus quibusdam peregrinis et ſagulis recumbens, (ſe enim dixit nullo modo poſſe, vti reliquos, in tabulatis iacere, aſſeres fortaſſe putans lapidibus duriores,) petiit a nobis, vt vmbraculum ipſi veli linteo ſuperexpanſo pararemus, intolerabiles enim ſibi eſſe ſolis radios; quum contra non nos ſolum, qui hoc vitae genus ſequimur, ſed omnes omnino, qui diuitiis non abundant, apricatione frui aliquando cupiant, nam frigus et mare idem ſunt. In iis vero, qui naui vna veherentur, non Pamphilus fuit ſolus, ſolique eius ſodales, ſed mulierculārum etiam eumdem formoſiſſima-

rum multitudo sequebatur, quae musicae operam darent omnes. Vna, Crumation adpellata, tibicina erat; altera Erato psalterium tractabat, tertia Euepes pulsabat cymbala. Musica igitur mihi nauicula strepebat, concentibus resonabat pelagus, et cuncta erant hilaritatis plena, me tamen excepto, quem haec talia non possent delectare: haud pauci enim eorum, qui eumdem, quem ego, victum quaerunt, maxime vero tetricus ille Glaucias, Telchine mihi erat prae inuidia molestior. Quum vero amplam iuuenis ille mihi remunerationem dedisset, pecunia me exhilarauit, et nunc maritimae ita mihi comissationes placent, vt alium eiusmodi mihi dari cupiam sumtuosum prodigumque adolescentulum.

Ep. 13.

Auchenius Armenio.

Si quid me potes iuuare, dic mihi, quaeso, coram, nec aliis res meas enunties: sin prodesse nil vales, nunc saltem Areopagita sis taciturnior. Ego vero vtcumque, quid mecum agatur, enarrabo: amor, qui me inuasit, rationem non sinit imperium exercere suum, sed sobrietas mentis adfectu statim mergitur. Scire tamen velim, qui factum sit, vt in pauperculum piscatorem, eumque contentum, si necessarium sibi victum comparare possit, amor impetum fecerit. Firmiter inhaerens nihil remittit, sed aeque ac diuites formosique iuvenes ardeo: et qui ridebam olim eos, qui prae mollitie cupiditatibus inseruirent, totus me ipse cupiditati emancipari, de vxore cogito, et Hymenaeus, Terpsichorae filius, animo obuersatur. Est autem puella, quam amo, inquilinorum filia eorum, qui ex Hermione, nescio quo fato meo, in Piraeeum demigrarunt. Dotem quidem adferre non possum: me ipsum tamen,

vbi repraesentauerim, qualis qualis sum, piscatorem, nisi fatuus puellae pater sit, haud ineptum puto adpariturum esse sponsum.

Ep. 14.

Encymon Halictypo.

Quum vidissem in litore Sunii vetus et laceratum rete, quaesiui, cuius esset, et qui fieri potuerit, vt non solum nimia olim mole fissum, sed temporis diuturnitate adeo ruptum tamdiu iaceret. Ad quae responsum tuli, tuum fuisse ante hos quatuor annos, deinde sub vnda latenti petrae cum adhaesisset, nodos eius in medio discissos, te vero inde ex eo tempore nec resarcire, nec amouere voluisse, suo itaque loco mansisse, nemine vicinorum tamquam alienum tangere ausо. Factum itaque nunc est non his solum, sed et tibi olim domino alienum. Proinde abs te peto, quod corruptum et tamdiu neglectum tuum esse desiit. Tu vero, quod putredini adiudicasti, nullo tuo damno, mihi nolis denegare.

Ep. 15.

Halictypus Encymoni.

Malignus et inuidus vicinorum oculus, vt in prouerbio est. Quid enim ad te res meae? et quo iure, quod mihi negligere placuit, ad te existimare potes pertinere? Cohibe manus, vel potius insatiabiles cupiditates, nec rei alienae adpetitu ad iniqua petenda abduci te patiaris.

Ep. 16.

Encymon Halictypo.

Non petii abs te, quod haberes, sed quod non haberes: quum vero nolis, quae tu non habes, habere alium, quae non habes, habeas.

Ep. 17.

Eusagenus Limenarcho.

Ad coruos vero abeat thynnorum speculator Lesbius. Horrore vmbrosum ex parte mare conspicatus exclamavit, quasi turba ingens adpropinquaret thynnorum vel pelamidum. Et nos, fidem habentes verriculo totum prope sinum cinximus, deinde adduximus, pondus autem grauius, quum quod piscium esse solet, deprehendimus. Spe igitur inducti, vicinorum adeo nonnullos excitauimus, promissa capturae parte, si manus simul admouerent, laboremque partirentur. Tandem non sine magno labore ad vesperam camelum extraximus ingentem, putrescentem iamiam et vermibus scatentem. Hanc praedam, non vt rideres, significaui, sed vt intelligeres, quibus et quantis machinis me miserum oppugnet fortuna.

Ep. 18.

Euploos Thalassferoti.

Lasciuis profecto, vel insanis: audio enim te ad lyram canentem deperire mulierem, et ad eam damnosas itiones frequentando, quidquid per diem piscando lucratus es, profundere. Nuntiauit mihi hoc vicinorum optimus Sosias. Is vero numeratur in veritatis impense amantibus, nec vmquam in mendacium pro-

lapsus est. Idem ille est Sosias, qui bonum illud et suaue liquamentum coquit ex minutis piscículis, quos verriculo insinuat. Vnde igitur Musices tibi modi, diatonus, chromaticus et enharmonius venerunt? nam et hoc idem ille mihi nuntiauit. Adamasti ergo puellae modulationem non minus quam formam. Desine eiusmodi sumtus facere, ne pro mari terra te naufragum sistat opibus nudatum, fiatque tibi psaltriae deuersorium Calydonius sinus vel mare Tuscum, vel Scylla cantrix, nec possis tamen, si denuo lacessat, Crataein inuocare.

Ep. 19.

Thalassferos Euploo.

Frustra me mones, mi Euploe. Nunquam deseram mulierculam, initianti ignifero sagittiferoque Deo obtemperans. Omnino enim amor nobis (piscatoribus) a natura insitus est, quum Dea marina pueruli istius mater sit. Cognatus igitur nobis a matre Amor, cuius vulnus in corde sentiens, teneo ad mare, puellam, cum Panope me vel Galatea Nereidum venustissimis rem habere opinans.

Ep. 20.

Thermolepyrus Ocimoni.

Indigna passi simus! Reliquis enim sumen et vuluae, et hepar rori propter pinguedinis tenuitatem simile adposita erant, nobis autem puls erat pro cibo; et si alii Chalybonium haurirent, vappa nobis et acetum bibendum fuit. At vero vos, Dii Daemonesque sortis humanae arbitri et praesides, tam iniquam fortunam commutate, nec hos quidem in continua seruetis felicitate, illos fami date contubernales. Cursus enim

fortunae ad haec talia toleranda adegit. Iniuria autem nobis ab ea fit in tenui anguſtaque re viuentibus.

Ep. 21.

Conopoſprantes Iſcholimo.

Ventoſam vero ſpem conceperam de adoleſcentulo Polycrito. Putaueram enim, ſi pater ipſi mortuus eſſet, largiter profuſurum opes epulando, et omni voluptatum genere nobiscum et cum meretriculis, quotquot forma excellunt, exhauſturum vel omnes, vel maxima ex parte pecunias. At ille, ex quo Criton ipſi pater deceſſit, cibum capit ſero, et ſemel quotidie, idque, vbi iam in eo ſol eſt, vt ad occaſum vergat. Veſcitur autem non pretioſis, ſed pane ex foro emto, et opſonio, ſi quando hilarem agat diem, olivis druppis phauliisque. Fruſtratus igitur ſpe tam egregia, quid agam, neſcio: quod ſi enim altor (rex) opus habet alente, (paraſito) quid fiat de alumno? Eſurientem vero eſurienti adeſſe duplex eſt moleſtia.

Ep. 22.

Eubulus Gemello.

Adpoſita nobis erat, quae a Gelone, Siculo tyranno nomen habet, placenta, egoque ſolo adſpectu ad eam deglutiendam compoſitus delectabar. Moram vero longam adferebant, quae circum placentas poſita erant, bellaria: erant autem piſtaceae, et oſſa palmarum, et nuces putaminibus exemtae. Haec igitur ſingula ego infeſtis oculis intuens, hianti ore, vt inuaderem placentam, exſpectaui, conuiuae vero in bellariorum eſu mirum quantum temporis conſumſerunt, poculoque in orbem perpetuo eunte moras et cunctationes interpoſuere. Tandem, quaſi de compoſito cupiditatem

in ſuspenſo haberent meam, hic feſtuca adrepta expurgabat, quidquid dentibus inſediſſet fibroſi, ille reſupinus ſomno potius ſeſe dedere videbatur, quam de edendo cogitare; alius cum alio confabulari, omniaque alia agi, quam vt ſuauis illa et deſiderabilis placenta fruenda daretur. Tandem, vt credere fas eſt, Dii aridae meae cupiditatis miſerti, vix tandem, vt ego placentam tamdiu adpetitam deguſtare poſſem, effecerunt. Haec tibi ſcripſi, non tam rei ſuauitate delectatus, quam tracta in longum cunctatione tabefactus.

Ep. 23.

Platylaemus Erebintholeonti.

Numquam vero in Attica tam aſperam ſaeuamque hiemem expertus ſum. Non enim ex aduerſo tantum flantes, immo vero vno impetu irruentes ſonitu nos obtuderunt venti, ſed nix etiam denſa et crebra cadens primum quidem humum obtegebat, deinde non in ſuperficie haeſit, ſed in altitudinem tantam ſublata eſt niuis confertae moles, vt feneſtra aperta vix liceret ad angiportum proſpicere. Mihi autem nec lignum erat, nec fuligo. Quomodo enim et vnde habuiſſem? Frigus itaque ad medullas ipſas et oſſa penetrauit. Commentus igitur Vlyſſeum conſilium in tholos cucurri et caminos balneorum, ſed nec illos ſubire permiſerunt alii conſortes ibi verſantes, quos et ipſos eadem illa Dea vrgebat, Paupertas. Quum igitur animaduertiſſem, aditum ibi mihi non patere, cucurri ad Thraſylli balneum priuatum, inuenique vacuum: duobusque, quibus balneatorem propitium mihi facerem, obolis obiectis, calefeci me, donec niuem exciperet glacies, et congelato, quod in medio eſſet, humido, lapides prae frigore compingerentur. Poſt-

quam vero deferbuerat acerbitas, sol benignius adfulgens liberum mihi exitum et deambulationes placide concessit.

Ep. 24.

Amnion Philomoscho.

Detondit grauiter irruens segetes nostras grando, nec famis remedium video vllum. Aduectitium emere triticum ob pecuniae inopiam non datur. Sunt vero, vti audio, tibi prosperae ex superiori anno messis reliquiae. Mutuos igitur des velim medimnos viginti, vt vitam tolerare possim cum vxore et liberis. Fructuum prouentus si contigerit, refundam eadem mensura, etiamque ampliore, si qua fuerit vbertas. Noli vero negligere vicinos bonos in temporis angustias prolapsos.

Ep. 25.

Eustolus Elationi.

Quoniam nihil, quod par sit laboribus, rependit ager, mari me et fluctibus committere apud animum constitui. Vita et mors fato nobis constitutae sunt, nec effugere fatalem horam possis, etiamsi domunculae inclusum continere te velis. Certus est ille dies, et fatum ineuitabile, ita, vt vita non ab hac vel illa vitae ratione pendeat, sed sua cuique sors a Fortuna adpenditur. Nonnulli itaque in terra cito mortui, in mari vixerunt diutissime. Quae perpendens ita esse, ad nauigationem me conferam, ventis familiaris et fluctibus. Melius enim ex Bosporo et Propontide redire recens ditatum, quam desidentem in Attici agri angulo famelicum quid et siccum eructare.

Ep. 26.

Agelarchides Pytholao.

Magnum, amice, malum sunt foeneratores vrbani. Ego enim, nescio quis me malus agitauerit genius, vt, qui vel te vel alium quemquam agri nostri vicinum, (emturo enim in Colono agellum deerat pecunia) adpellare debuissem, a ciue deduci me ad Byrtiae fores paterer. Tum vero deprehendi senem adspectu strigosum, contractis superciliis, chartulas detritas, iniuria temporis squalidas, a cimicibus tineisque semesas, manu tenentem. Et initio quidem vix, vt mecum loqueretur, a se potuit impetrare; deinde vero, quum pararius dixisset, pecunia me opus habere, quot talentis? interrogauit. Me vero ad tam amplam pecuniam obstupescente, despuit illico, indignationemque prae se tulit manifestam; tandem dare quidem velle professus est, postulauit tamen syngrapham, et praeter sortem vsuras graues, egoque facultates oppigneraui ad mensem. In posterum quoque [quod initio dixi] magnis in malis habebo eos, qui in calculorum ad digitos computatione occupantur: nec mihi eueniat, Dii agricolarum tutelares! lupum vmquam, vel foeneratorem videre.

Ep. 27.

Anicetus Phoebianae.

Fugis me, Phoebiana, fugis, quae tamen nuper totum mihi agellum abstuleris. Quid mearum rerum est, quod tu non habeas? nonne ficus? nonne caseum ex calathis? nonne gallinarum par? nonne reliquas delicias omnes accepisti? Sic me totum, quod in prouerbio est, supplantasti, meque in seruitutem redegisti tuam. Tu vero nullam mei rationem habes ardenti

amore flagrantis. Sed vale, remque tuam tibi habeas: ego vero aegre quidem feram, feram tamen hunc talem contemtum.

Ep. 28.

Phoebiane Aniceto.

Parturiens me nuper vicini vxor arcessi iussit, ad quam sumtis artis (obstetriciae) instrumentis properaui. Tu vero subito adstitisti, tentastique ceruice reflexa me exosculari. Nonne vero desines, decrepite et miserrime senex, tentare aetate nos florentes haud secus ac primum adolescere incipiens? Nonne enim a laboribus rusticis dimissus es, quod familiarem rem tuam, dum tua esset, tam negligenter curares? Nonne culina, focoque, vt ineptus, exclusus es? Quid igitur est, quod tenellis non sine suspirio oculis nos intuearis. Desine, Cercops miselle, et tecum age, silicernium!

Ep. 29.

Glycera Bacchidi.

Menander mihi meus ad Isthmios ludos spectandos Corinthum proficisci decreuit. Non est hoc ex animi mei sententia: scis enim, quanta res sit, eiusmodi amatore vel paullulum temporis carere, nec tamen dehortari fas esse putaui haud saepe peregre abeuntem. Versaturum vero in vrbe vestra tuae fidei committam nec ne, fere dubia sum. Velim equidem abs te eum foueri, quae concessio apud te ipsam mihi laudi erit, noui enim, quae mihi tecum intercedat amicitia interior. Timeo autem non tam te, carissima, quae sincerior es, quam pro vitae nostrae ratione, quam Menandrum

ipsum. Amat enim ardentissime, et a Bacchide quis vel tristissimi ingenii homo (oculos animumque) abstineat? Eum vero non minus, vt in tui veniret notitiam, quam Isthmiorum caussa hoc iter suscepisse, certissime persuasa sum. Suspicionis me fortasse argues: ignosce vero, optima, sollicitudini, quae nostri vitae generis propria est. Plurimum enim mea refert, Menandrum amatorem non amittere, praesertim, quum, si qua mihi simultas cum eo vel dissensio intercedat, a Chremete aliquo vel Diphilo in theatro acerbissime me exagitatum iri praeuideam. Quod si vero, qualis abiit, talis redierit, magnam tibi habebo gratiam. Vale.

Ep. 30.

Bacchis Hyperidi.

Omnes vero, quotquot amore quaestum facimus, gratiam tibi habemus, singulaeque non minus quam Phryne: his enim, quam nequissimus Euthias intendit, ad solam Phrynen spectauit, periculum ad omnes. Quod si enim ab amatoribus petentes pecuniam non accipiamus, munificosue nactae impietatis accusemur, desistendum potius sit ab hoc vitae genere, vt nec negotium habeamus ipsae, nec facessamus amatoribus. Nunc vero non amplius vita nobis vitio dabitur nostra, quod malignus amator Euthias exstiterit, sed quod aequum iustumque Hyperidem expertae sumus, eo lubentius in eo perseuerauimus. Laeta tibi vero et prospera omnia euenient istius humanitatis caussa. Etenim amicam probam tibi conciliasti, et ad gratiam reddendam nomine eius nos prouocasti. Quod si vero habitam pro Phryne orationem literis consignare etiam velis, tum vero profecto nos hetaerae faciemus, aureus vt stes, vbicumque velis, in Graecia.

Ep. 31.

Bacchis Phrynae.

Non tantum tecum propter illud periculum dolui, optima, quantum, quod a prauo amatore liberata, liberalem contra Hyperidem inueneris, laetata sum. Cauſſam illam in felicitatem adeo tuam ceſſiſſe exiſtimo, quae celeberrimam te non Athenis ſolum, ſed per omnem Graeciam fecerit. Et Euthias quidem poenam dabit abunde, quod conſuetudine tua priuatus eſt: ira enim percitus, inſitaque ſibi ſtoliditate ad transgrediendum amatoriae ſuſpicionis modum abripi ſe paſſus eſt, et etiamnunc, mihi crede, magis te amat, quam Hyperides ipſe. Hic enim, quod in foro tibi adfuit, vt tu viciſſim eum foueas, exſpectat, et inſtar deliciarum ſe gerit; ille vero, quod cauſſa cecidit, eo magis incitatus eſt. Nil igitur aliud ab eo exſpectes, quam nouas et preces et ſupplicationes et pecunias ingentes. Ne vero arbitra quaſi aduerſus nos meretriculas pronunties, cariſſima, neque Euthiae deprecatione admiſſa committas, vt male Hyperides conſuluiſſe videatur; nec credas iis, qui, niſi ſciſſa veſte mamillas iudicibus oſtendiſſes, nihil profuturum fuiſſe oratorem dicant. Hoc enim ipſum vt tam opportuno tempore faceres, eius oratione effectum eſt.

Ep. 32.

Bacchis Myrrhinae.

Recte vero! ita me Dea Venus adiuuet! nec tibi melior vmquam contingat amator, ſed Euthias, quem nunc foues, tecum vitam transigat. Miſeret me tui, quae tam amens ſis, vt tuo te malo ad hanc talem belluam adplicueris, formae forſan confiſa. At vero, qui Phrynen abalienauit, Myrrhinam deperibit. Sci-

licet! Sed Hyperidem pungere videris voluisse, quod minus nunc tui rationem habeat. Et habet ille amicam se dignam, et tu amatorem tibi conuenientem. Pete aliquid ab eo, et intelliges, te vel naualia incendere voluisse, vel leges infringere. Scias igitur, omnes, quotquot humaniorem Venerem colimus, te auersari.

Ep. 33.

Thais Thessalae.

Haud vmquam putassem, fieri posse, vt post tantam familiaritatem cum Euxippa mihi dissidium exsisteret. Et alia quidem, quae ei sub aduentum e Samo gratificata sum, nolo commemorare. Pamphilum adeo adolescentulum, qui mihi pecuniam, scis ipsa quam ingentem, attulerat, quum ad illam visere mihi videretur, amicae caussa non admisi. At vero egregiam pro his gratiam rependit, nequissimae illius Megarae in gratiam, quam Stratonis caussa iamdiu habui suspectam. Hanc igitur nil mirum facere putabam, si male de me loqueretur: iam vero instabant Aloa, ad cuius peruigilium omnes, vti mos est, aderamus. Mirabar autem Euxippen: primum enim caput cum illa conferebat ridens et subsannans, quo vel ipso malum animum declarabat: deinde palam versiculos cecinit in nuperum meum, nunc transfugam amatorem. Et ex hoc quidem minus doloris percepi: eo vero postea processit impudentiae, vt ob fucum me et paederota dicteriis incesseret. Videtur autem mihi in re tenuissima esse, vt ne speculum quidem possideat, nam si sciret, colorem sibi sandarachae esse, profecto deformitatem aliis non obiiceret. Me quidem haec omnia nil mouent, placere enim amatoribus, non Megarae et Euxippae, simiis illis, cupio; significaui tamen tibi, ne me vituperare pergas. Vlciscar enim illas

non dicteriis maleue dictis, sed quo vel maxime discrucientur, quod tamen praefiscine dixerim.

Ep. 34.

Thais Euthydemo.

Ex quo philosophiae animum adplicuisti, grauitatem quamdam prae te fers, et supercilia vltra frontem attollis. Habitu porro philosophi, librumque manu tenens in Academiam insolenter procedis, nostram vero domum, quasi numquam vidisses, soles praeterire. Insanis, Euthydeme, nec scis, cuius notae sit Sophista iste tetricus, et qui tam mira (quae adstupetis) praecepta proponit. Vt mei autem copiam impetret, quid putas, quantum temporis iam mihi molestus sit? Deperit vero Herpyllidem, Megarae famulam. Et hucusque quidem eum non admisi, te enim amplexantem dormire potius duxi, quam omne Sophistarum argentum. Quum vero a mea te consuetudine auertere videatur, excipiam eum, et, si vis, hunc talem magistrum, mulierem odium simulantem sistam tibi noctu non intra consuetas voluptates sese continentem. Nugae sunt isthaec, crede mihi, homo inepte, et fastus, quibus emungat iuuenum pecunias. Putasne vero, differre a meretriculis Sophistam? Eatenus fortasse, quatenus non eadem via atque ratione aliis persuadere conantur, nam vnus idemque alias vtrisque finis propositus est, lucrum. Quanto vero meliores nos, magisque illis religiosae! Nos Deos esse haud negamus, credimus adeo amorem nobis iureiurando adseuerantibus amicis. Nec viros volumus cum sororibus matribusue rem habere, nec cum alienis adeo vxoribus. Nisi vero, quod nubes vnde, et atomi quales sint, ignoramus, inferiores tibi videamur Sophistis. Et ipsa istis hominibus vacaui, et cum multis

disserui. Nemo meretriculae addictus tyrannidem somniat, turbasque ciet in ciuitate, sed matutino poculo hausto ad tertiam quartamque diei horam dat sese quieti. Nec deterius nos iuuenes illis instituimus. Compara, si vis, Aspasiam hetaeram, et Socratem Sophistam, et vter horum meliores efformauerit viros, perpende: et illius quidem Periclem, huius Critiam inuenies discipulum. Pone istam dementiam et insuavitatem, corculum meum, Euthydeme! (oculis enim talibus tetricus vultus non conuenit) et ad amasiam tuam veni, vti antea a Lyceo regressus, sudorem saepe abstergebas; tum vero, vbi ad crapulam vsque modicam biberimus, mutuo, qui summus amoris finis est, amplexu fruemur. Et, quo vel maxime philosophantem et me agnosces, [praeceptum hoc tibi do:] non longam Daemon vitam concedit, quam noli temere in subtilibus terere nugis.

Ep. 35.

Simalion Petalae.

Si voluptatem tibi quamdam vel honorem apud familiares quosdam conciliare existimas eo, quod saepius ego ad ianuas tuas accedam, et coram ancillulis ad potiores me missis querelas effundam meas, non sine caussa nobis insultas, scias tamen (quamquam ita faciens, scio, mihi ipse noceo), sic me adfectum esse, vti eorum, quos nunc foues, amicorum, si negligerentur, pauci forent commoti. Putabam quidem, in mero me solatium inuenturum, quod apud Euphronium tertio abhinc vespere largum satis hauseram, opinatus quippe, nocturnas eo abactum iri curas, quod longe secus accidit. Denuo enim suscitauit amoris flammas, ita vt flens ciulansque aequiorum quidem misericordiam mouerem, aliis vero ridendum me propinarem.

Exigua mihi supereſt mentis recreatio, et flacceſcens iam ſolatium, quod mihi ſub triſtem illam in conuiuio rixam ex ipſis crinibus decerptum in me conieciſti, nimirum vt ſignificares, non omnia te tibi a me miſſa contemnere. Quae ſi tibi voluptatem adferunt, gaude meis aerumnis, et, ſi volupe eſt, narres adeo nunc me beatioribus quidem, breui autem, ſi eodem, quo ego, loco futuri ſint, dolituris. Habes profecto, quod depreceris Venerem, ne te huius contemtus cauſſa vlciſcatur. Alius fortaſſe literas minis impleuiſſet atque conuiciis, ego vero precans malui ſcribere et ſupplicans, amo enim, Petale, miſere. Vereor autem, ne grauius dolens imiter eos, qui ob amatorias contentiones nimis infelices ſibi eſſe videntur.

Ep. 36.

Petale Simalioni.

Vellem equidem lacrimis ſustentari rem hetaerae familiarem poſſe. Tum profecto mecum ageretur egregie, his enim me beas abunde. Iam vero auro nobis opus eſt, et veſtibus, et mundo, et ancillulis. Omnis inde vitae ratio pendet. Non eſt mihi in Myrrhinunte hereditate a patre acceptus agellus, ſors nulla in argentifodinis, ſed mercedulae, miſeraque illa, nec ſine gemitu oblata leuium iuuenum munuscula. Tecum vero per annum nunc conſuetudinem habens in re tenuiſſima ſum, caputque habeo ſqualidum, quae per omne iſtud tempus non viderim vnguentum, vetuſtis autem detritisque Tarentinis veſtibus amiciri, ita me Dii ament, apud amicas pudet. Quid vero? putasne tibi adſidenti aliunde, vnde viuam, venturum? Sed lacrimas? — deſines breui. Ego vero, niſi habeam, qui det, eſuribo egregie. Miror autem lacrimas, quae nihil valeant ad perſuadendum. Proh

Domina Venus! amas, lepidum caput, amas, visque vsu atque consuetudine frui amasiae, sine qua viuere non possis. Quid igitur? nonne pocula domi vestrae habetis, aurea monilia matris, patrisue syngraphas, quae mihi suggeratis? Beata vero Philotis, quam placidioribus adspexerunt oculis Gratiae. Qualem ea habet amatorem Meneclidem, qui quotidie aliquid offert, idque profecto melius est, quam flere. Ego contra lamentatorem habeo, non amatorem, qui corollas mihi rosasque tamquam praematuro mittit rogo, et per totam noctem fatetur flere. Si quid adferas, veni non lacrimans, sin minus, te ipsum excrucies, me vero noli turbare.

Ep. 37.

Myrrhina Nicippae.

Nullam mei rationem habet Diphilus, sed totus ad impuram illam Thessalam propendet. Et ad Adonia vsque comissabundus quidem et dormiturus ad nos venit, iam tum tamen frigidior quodammodo et insolentior, ab Helice plerumque, quum ebrius esset, manu ductus, (hic enim Herpyllidem amans desidere apud nos solet) iam vero eum plane nullam mecum consuetudinem amplius habere velle manifestum est: quatuor enim deinceps dies in Lysidis horto cum Thessala et perditissimo illo Strongylione, qui lenonem ex quadam in me simultate in his amoribus egit conciliandis, mero se ingurgitat. Literulae et ancillarum discursiones et alia huiusmodi frustra fuerunt, nec his quidquam proficiam, immo vero magis inflari his atque insultare videtur. Nihil igitur reliquum est, quam vt excludamus, et, si quando ad nos visat, noctem nobiscum, vt illi (Thessalae) aegre faciat, transacturus,

repellamus: solet enim importunitas contemtu reprimi. Quod si ne sic quidem profecerimus, efficacius vti grauius laborantibus remedium adhibendum erit: etenim non hoc solum molestum, quod quaestu ab eo percepto priuemur, sed quod Thessalae ridendi materiam praebeamus. Est tibi vsu, vt ais, saepius probatum in adolescentibus philtrum. Eiusmodi vero indigemus auxilio, quo nimium eius fastum, at vero etiam crapulam exugemus. Oratores igitur quasi de pace ad eum mittemus, lacrimas fundemus ad animum flectendum, et a Nemesi sibi caueat, monebimus, quod me ita amantem negligat, — et alia eiusmodi vel vere dicemus, vel effingemus. Et veniet quidem simulans mei misericordiam, quae eius amore flagrem; meminisse enim praeteriti temporis et pristinae consuetudinis iustum esse dicet, nihilominus tamen homo nequam inflare se perget. Adiuuabit nos et Helix, cui vt persuadeat, Herpyllis se accingit. Sed dubii, ais, euentus sunt philtra, et in perniciem cedunt aliquando. Parum id curo: oportet enim Diphilum aut mihi viuere, aut Thessalae mori.

Ep. 38.

Meneclides Euthycli.

Abiit ad plures Bacchis pulcra, abiit, Euthycles optime, relictis mihi multis lacrimis, relicta amoris, vti suauissimi nuper, ita nunc maxime desiderabilis memoria. Numquam mea Bacchis, numquam memoria mihi excidet. Quantus ei humanitatis sensus inerat! apologiam eam verissime adpellaueris hetaerarum vitae, quae si omnes vndique conuenientes imaginem quamdam eius in Veneris vel Gratiarum templis collocarent, egregie mihi facere viderentur. Quod enim decantatum est vulgo, malas esse et infideles lucri

ſolius cupidas, ei ſoli, qui munuscula det, addictas, et cuius non mali cauſſas amatoribus — id vero omne iniuſtam calumniam eſſe ſuo demonſtrauit exemplo, ita vulgarem aduerſus maledicentiam moribus ſe ſuis munierat. Medum illum noſti ex Syria nuper aduectum, quanta cum famulorum turba et adparatu ſe inferebat, ſpadones promittens ei et ancillas et mundum muliebrem peregrinum; et tamen, quidquid ille indignaretur, non admiſit, ſed ſub mea maluit dormire laenula tenui illa et vulgari, et parce a me ipſi miſſis contenta, Satrapica illa et pretioſa munera reiecit. Aegyptium vero mercatorem quam mire repudiauit, neſcio quantum pecuniae offerentem. Nihil illa melius vmquam vixiſſe mihi exploratum eſt. Tam probos mores vtinam ad meliorem vitae conditionem Genius aliquis bonus conuertiſſet! Et tamen deceſſit nobis relictis, et ſola iacebit in poſterum Bacchis. Quam iniquum vero, bonae Parcae! oporteat enim cum ea me et nunc, vti antea iacere. At ego ſuperſtes ſum, et cibum quidem tangam, et colloquar cum amicis, illa vero non amplius hilari vultu me adſpiciet ſubridens, neque placida beneque animata noctes iucundiſſimis illis rixis mecum transiget. Quam apte atque concinne loquebatur, qualis vultus, quot ſermonibus eius Sirenes inerant, quam ſuaue atque ſincerum ab eius osculis nectar ſtillabat: ſummis, vti mihi videtur, labiis eius inſedit Suada: toto denique ceſto cincta, iunctis quaſi manibus cum Gratiis omnibus ipſaque Venere inceſſit. Periere mihi illae ad pocula cantillationes, eburneis pulſata digitis lyra periit. Iacet, quae Gratiis omnibus in deliciis eſſet, mutus lapis et cinis. Et Megara, immane illud ſcortum viuit, quae ita crudeliter Theagenem exſpoliauit, vt ex re tam lauta ad incitas redactus, paenula parmaque adrepta militatum abierit. Bacchis contra, quae amatorem redamaret, mortua eſt. Leuatum me ſentio

moerore in sinum tuum effuso, Euthycles carissime, suaue enim mihi videtur de illa et loqui et scribere, cui nihil eius praeter memoriam relictum sit. Vale.

Ep. 39.

Megara Bacchidi.

Soli tibi amator contigit, quem ita diligis, vt ne minimum quidem temporis ab eo seiungi posse videaris. Quam inurbane, per Venerem Deam! Inuitata a Glycera iamdiu (inde ex Dionysiis enim nobis nuntiauit,) non venisti, non dicam illius inuitationi non paritura, nescio tamen, quomodo impetrare a te potueris, vt nolles coetui amicarum tuarum adesse. Casta scilicet es, et adhaeres amatori. Beata vero ab hanc laudem, nos autem scorta scilicet et libidinosae. Fuit et Philoni siculneus baculus, irascor enim per magnam Deam. Aderamus omnes, Thessala, Myrrhina, Chrysion, Euxippe, sero etiam Philumena, etiamsi nuper demum nupta, maritoque suspecta, deducto in lectum bono coniuge, sero quidem, aduenit tamen. Tu vero sola Adonin in sinu foues, ne forte relictum a te, Venere scilicet sua, Proserpina sibi vindicet. Quam iucundum fuit conuiuium, (quidni enim cor tibi pungam?) quot amoenitatum plenum! Cantus, iocosa dicteria, compotatio ad gallicinium vsque, vnguenta, corollae, bellaria. Obumbratus erat lauris locus, vbi accubuimus, vnum tantum nobis defuit, tu, praeterea nihil. Saepe sumus comissatae, tum suauiter vix vmquam. Quod vero vel maximam nobis delectationem attulit, grauis quaedam contentio fuit inter Thryalliden orta et Myrrhinam de natibus, vtra pulcriores tenerioresque haberet. Et primo quidem Myrrhina, soluta zona, per bombycinum indusium tremulos, tamquam adipem candidissimum vel coagulatum lac, agi-

tare coepit lumbos, respiciens ad natium motus, simulque leuiter, veluti Venereum quid patrans, suspirauit, vt ego, ita me Venus amet! adstupescerem. Nec vero recusauit certamen Thryallis, immo proteruitatis laude illam vincere gestiens, non per vela, inquit, decertabo, nec tergiuersando, sed tamquam in gymnico certamine: non enim praetextus amat contentio. Abiecit igitur indusium, et obliquatis paullulum lumbis, en, inquit, colorem, Myrrhina! quam exactus ille, quam intemeratus, quam purus! purpuram mihi hanc natium vide, et in femoribus commissuram, femoraque ipsa nec carnosa nimis, nec macilenta, gelasinosque in eorum extremis. Nec tamen trepidantes, vti Myrrhina, lumbos ostendit, sed subridens tantam natium vibrationem excitauit, totosque supra lumbos huc illuc tamquam fluentes circumagitauit, vt plaudendo acclamaremus cunctae, palmamque adiudicaremus Thryallidi. Exstiterunt vero vti de aliis comparationes, ita et de mamillis certamina, Philumenae autem ventri componere suum ne vna quidem ausa est; numquam enim peperit, et succulenta est. Quum igitur totam ita noctem transegissemus, et inuectae in amasios nostros, vt alii nobis contingerent, optassemus, (amor enim vt quisque nouissimus, ita iucundissimus est,) discessimus vino fauciae. Postquam vero multa, quae crapula suasisset, in via designauera-veramus, comissaturae deuertimus ad Deximachum, in aureo angiportu ad Agnum haud procul a Menephronis aedibus habitantem. Amat enim hunc Thais perdite, nec iniuria, nuper enim a patre diuite admodum acceptam adiit hereditatem adolescentulus. Nunc quidem veniam tibi damus fastidii: sed festo Aloorum (Adoniorum?) apud Thessalae amatorem in Colytto epulabimur, hanc enim ordo tangit, vt Veneris filium (Adonin hoc anno) adornet. Veniam, inquam, damus, ita tamen vt venias, adferasque

tecum ciſtulam et corallium, tuumque Adonin, quem nunc tam impenſe amas, nam cum amatoribus comiſſabimur. Vale.

Ep. 40.

Philumena Critoni.

Quid multa ſcribens te ipſe excrucias? Quinquaginta aureis conficere potes omnia, literis nihil. Quod ſi igitur amas, des, ſi pecuniae tenax es, noli moleſtus eſſe. Vale.

ALCIPHRONIS RHETORIS
EPISTOLAE
LIBER SECVNDVS.

Ep. I.

Lamia Demetrio.

Tu vero huius meae libertatis auctor ipse es, qui, quum rex tantus sis, tamen hetaerae adeo ad te scribere permisisti, nec dedignatus es literas ad te datas legere eius, quae se tibi, quanta quanta est, dederit. Equidem, domine Demetri, quotiescumque publice te video vel audio cum satellitibus et exercitu et legatis et diadematis versari, horreo, ita mihi Venus propitia sit, et timeo, et conturbatam me sentio, oculosque, tamquam ad solem auerto, ne adurantur. Tum vere Poliorcetes ille videris esse Demetrius. Quam terribilem enim tum et bellicum praefers vultum! Mihi tum ipsa non credens dicere soles: Lamia, cum hoc tu decumbis? huic per totam noctem tibia accinis? Et nunc iste tibi literas misit, qui eodem tamen fortasse Gnathaenam loco, quo te, habeat? Neutiquam tamen dolorem ideo prae me fero, tacite potius mecum vota facio modesta, vt domi meae ad me visere tibi placeat. Et quando veneris, adorare te soleo, et quando amplexatus impensius oscularis, tum vero alia omnia mihi ipsa dico: Hiccine est ille vrbium ex-

pugnator? hic in exercitibus perpetuo versans? hunc Macedonia timet, hunc Graecia, hunc Thracia? Ego vero, ita me Venus adiuuet (non timeo) hodie solis tibiis expugnabo, et videbo, quid me facturus sit. Maneas ad tertium vsque diem, et apud me coenes, rogo. Sacra Veneris, quae propediem celebrabuntur, facio quotannis, et vt priora quaeque posterioribus vincam, contendo. Excipiam te cum sensu amoris, et quantum in facultate mea est, probabiliter, si tua me adiuuet munificentia: nihil enim, quod beneficiis tuis indignum esset, perpetraui ex sacra illa nocte, quamquam concederes ipse, vt quemadmodum vellem, corpore meo vterer: sed vsa sum recte, nec consuetudinem habui cum alio quoquam. Non faciam, quod meretriculae solent, nec mentiar, domine, quod alias in vsu est; mihi ex illo tempore, per Dianam! neque munuscula amplius miserunt tam multi, nec tentarunt quidem, vrbium quippe expugnatorem timentes. Celerrime Amor, mi rex, et accedit et auolat: dum spem alit, alas sumit, eadem frustrato et pennae solent et animus cadere. Quae quum ita sint, callidum meretricularum commentum hoc est, vt praesentem quamque fruitionem differendo spe lactent amantes: (quamquam ad te, tuique similes, ne differre quidem licet, quum fastidium nobis timendum sit) modo nobis adlegandi sunt labores, modo valetudo infirma, modo opera cantui, tibiis, saltationi danda, modo coena paranda, modo aedes adornandae, atque ea ratione intercipiendae sunt suauitates, quae, nisi ita faciamus, languidae cito et insipidae fiunt. Quibus omnibus impetramus hoc, vt magis accendantur captu faciliores amatorum animi, timentium quippe, ne aliud denuo incidat praesentis fortunae impedimentum. Et in alios quidem fortasse possim haec talia caute machinari; apud te autem, qui ita iam in me animatus es, vt digito quasi monstres, et tibi ipse

placeas, si narrare aliis hetaeris possis, me primas omnium tenere, apud te, inquam, ita me Musae meae ament, non audeam fingere. Non ita sum ferrea; immo vero, etiamsi omnia, vitaque adeo, vt tibi placeam, relinquenda sit, parum tamen impendisse mihi visura sim. Habeo vero persuasum, non in Therippidii solum domo, vbi per dies Veneri sacros coenam tibi paratura sum, adparatum fore celeberrimum, sed in vniuersa Athenienſium vrbe, per Dianam! et Graecia vniuersa. Maxime quidem Lacedaemonii, vt heroes nempe videantur, qui ad Ephesum erant vulpeculae, non cessabunt in Taygetis montibus et incultis suis agris traducere epulas nostras, Lycurgi sui seueritate in humanitatem tuam inuecti. Sed valeant illi, domine, tu vero ne obliuiscare diem obseruare conuiuii, horamque, quamcumque ipse elegeris. Commodissima mihi, quam tu volueris. Vale.

Ep. 2.

Leontium Lamiae.

Nihil est, vti videtur, repuerascente sene morosius. Hem! quam miris modis me habet Epicurus iste, omnia vituperans, ad omnia suspicax, epistolas intellectu difficiles mittens, minansque adeo, ex hortis se suis me expulsurum. Profecto, Venerem obtestor, si Adonis esset, qui tamen octoginta prope annos natus est, tolerare non possim pediculosum, morbidum semper, et inuolutum probe pelliceis pro panno textili. Quousque ferat quis talem philosophum? Habeat sibi ratas suas de natura sententias, et distortos Canones, me vero connata frui libertate, meique iuris esse patiatur sine molestia et contumelia. Vere oppugnatorem habeo, non, qualem tu, mea Lamia, Demetrium. Numquid enim sani suscipere per hunc

hominem licet? Socratem quidem aemulari vult, eiusque et copiam orationis, et ironiam adfectat, et Alcibiadis loco quodammodo habere Pythoclem vult, me vero Xanthippen sibi facere posse opinatur. Eo me tandem rediget, vt me proripiam, terramque aliam post aliam fugiendo emetiar potius, quam epistolas eius disfolutas (abruptas) legam. Grauissimum vero et omnium minime tolerandum praeterea ausus est, de quo, quid mihi faciendum, in consilium te vocatura has literas scripsi. Timarchum nosti, pulcrum illum Cephisiensem: nec infitias eo, cum iuuene familiaritatem mihi intercedere iam diu, (tecum aperte loqui fas est, Lamia) primam Veneris notitiam eidem debeo, et in vicinia habitantem deuirginauit. Ex illo igitur tempore non desiit, quaecumque pulcra haberet, mittere, vestes, aureos, famulos, Indos, Indas: et, vt alia mittam, in minutissimis anni tempestates praecipit, vt nemo me praegustando praeueniat. Talem igitur amatorem excludere me iubet philosophus, nec ad me vult plane accedere, nominibus eum ornans, quae nec ab Attico exspectes, nec a philosopho, sed ab Cappadoce, qui nuper demum in Graeciam venerit. Ego vero, etiamsi tota Athenienſium ciuitas Epicuris plena esset, per Dianam, non eodem mihi pondere erunt omnes, quo Timarchi non dicam brachium, sed digitus. Quid tu putas, Lamia mea, nonne vere dico haec et iuste? Nec, per Venerem obtestor, haec tibi in mentem veniant: at philosophus est, at fama insignis, at multis vtitur amicis. Habeat, teneat, doceat alios, me vero nil tangit gloriae cupiditas, sed quem cupio, des mihi Timarchum, propitia Ceres! Sed mea caussa, omnibus relictis, Lyceo, sua ipsius iuuentute, aequaliumque coetibus, iuuenis coactus est cum illo viuere, ipsi adsentari, et ventosas illius decantare sententias. Ne te, sic Atreus ille ait, ne te in silua deprehendam, in qua venandi soli mihi

ius est, ne accedas, inquam, ad Leontium! Quasi vero non longe potiori Timarchus dicere possit iure: tu ne accedas ad meam. Et hic quidem, quamquam iuvenis, riualem fert, eumque senem, ille vero eum, qui potiori gaudet iure, non patitur? Quid faciam, edic, per Deos te oro, mea Lamia. Per initia sacra iuro, ita hisce me malis liberari velim, vt Timarchi mei iacturam cogitanti statim modo frigeant, modo sudent extremae corporis partes, et cor mihi subuertatur totum. Excipe me, abs te peto, ad paucos dies domi tuae, et faxo, vt sentiat, quot quantisque, dum me domi haberet, bonis fruitus sit. Non diu feret desiderium, sat scio: legatos statim alium post alium mittet, Metrodorum et Hermachum et Polyaenum. Quoties, putas, Lamia mea, priuatim ei dixi: Quid facis, Epicure? nonne scis, traducere te ob haec Timocratem, Metrodori filium in concionibus, in theatris, apud reliquos Sophistas? Sed quid illo homine facias? Est enim impudens in amando. Ero igitur et ego aeque impudens, nec Timarchum meum deseram. Vale.

Ep. 3.

Menander Glycerae.

Per Deas Eleusinias, perque earum mysteria, per quae tibi coram saepe, Glycera, solus soli iuraui, me meaque nolo (laudibus) efferre, nec, quasi a te velim seiungi, haec et dico et scribo. Quid enim sine te mihi accidere possit iucundum? quo gloriari magis, quam tua amicitia possim? Extrema adeo senectus propter mores ingeniumque tuum iuuentus mihi habebitur. Vna iuueniles transigamus, vna seniles annos, et, per Deos, vna moriamur, sed ita, vt sentiamus etiam, Glycera, nos vna mori, vt neutrum nostrum ad infe-

ros comitetur inuidia, si superstiti alteri aliis quibusdam bonis frui contingat. Numquam vero mihi eueniat, vt te videam me prius vita excedere: quid enim tum mihi relinqueretur iucundi? Quod vero nunc me in Piraeeo morbo languescentem (nosti enim consuetas meas infirmitates, quas, qui me non amant, mollitiem luxuriamque adpellare solent) literas tibi mittere impulit in vrbe manenti ob Aloa, Cereri sacra, hoc est. Accepi a Ptolemaeo, rege Aegypti epistolam, qua etiam atque etiam rogat atque contendit, regio more promittens, quidquid vbique est felicitatis, adhortaturque ad se venire et me et Philemonem (etenim et huic literas adlatas esse dicunt) et ipse Philemon suas ad me misit, leuiores illas quidem, et, ad Menandrum quippe non scriptas, minus ambitiosas. Sed videat, consideretque hic, quid sibi agendum sit. Ego vero illius non exspectabo consilium: tu vero mihi, Glycera optima, consilium et Areopagus et Heliaea, omnia mihi, per Palladem! vti semper fuisti, ita et nunc eris. Et regis quidem epistolam tibi misi; sed ne molestiam tibi creent eadem bis in meis et regis literis lecta, saltem, quae respondere ei constitui, nolui te ignorare. Enauigare nempe et in Aegyptum proficisci, tam longinquam et remotam regionem, per superos! in animum minime induco: sed si in Aegina adeo tam vicina sita esset Aegyptus, ne tum quidem animum subiret, relicto amicitiae regno tuae solum in tanta Aegyptiorum turba sine Glycera mea solitudinem in ipsa hominum frequentia videre. Suauiores tutioresque tuos malo amplexus, quam Satraparum omnium et regum. Periculi plena est libertatis amissio, merito condemnanda adulatio, haud certus fortunae fauor. Ego vero pocula Thericlea, et carchesia, et aureas pateras, quaeque alia in aulis inuidiosa in illa regione inueniantur, cum anniuersariis Choibus, cum theatralibus Lenaeis, et conuiuiis, quale hesternum

erat, et corporis in Lyceo exercitationibus, et sacra Academia non commutauerim, per Bacchum iuro et Bacchicas hederas, quibus magis cupio, quam Ptolemaei diadematis coronari, spectante et in theatro adsidente Glycera. Vbi enim in Aegypto videam populi concionem, et suffragia ferri? vbi in democratico reipublicae statu plebem tam libere loquentem? vbi legislatores in sacris pagis hedera coronatos? Vbi forum funiculo cinctum, quae ibi comitia, quos Chytros offendam, Ceramicum, forum magnum, tribunalia, pulcram arcem, Cererem et Proserpinam, mysteria, vicinum Salamina, Stenia, (Stiriam) Psyttaliam, Marathona, totam in vrbe Athenarum Graeciam, totam Ioniam, Cycladas omnes? His igitur omnibus, simulque relicta Glycera in Aegyptum abeam? fortasse vt aurum accipiam et argentum et diuitias? quibus quocum fruar? cum Glycera per tantum aequoris spatium seiuncta? Nonne mera pauperies omnia isthaec sine illa erunt? Quid vero, si fidos illos amores in alium eam transtulisse audiuerim, nonne in carbones abibunt omnes illi thesauri? et moriens dolorem quidem meum sepulcro inferam, opes vero iniustum quemque adquirendi modum venantibus (praedae instar) in medio positas relinquam? Num vero operae pretium sit, cum Ptolemaeo viuere et magnatibus, et aliis eiusmodi nominibus inanibus, quorum nec amicitia fidelis, nec inimicitia periculi expers est? Contra, si quid mihi mea succensеat Glycera, primum arreptam exosculor; si pergat irasci, magis eam vrgeo; si moerore angatur, lacrimas fundo; ad quas commiserationes meas non amplius continere se potest, quin oret atque roget, nec milites habens, neque satellites, neque custodes corporis, nam ei ego sum omnia. An vero tam magnum sit et mirabile, videre Nilum? nonne dignus et Euphrates, qui spectetur, dignus et Ister? Nonne in magnis fluminibus numerandi et

Thermodon, et Tigris et Halys et Rhenus? Qui omnes si obeundi mihi essent fluuii, submergeretur mihi vita, carendumque mihi esset Glycerae meae adspectu. At vero Nilus ille, quamquam celeberrimus, belluis tamen infestus, nec accedere ad eius vortices licet tot periculosa animantia in insidiis quasi habentis. Mihi contingat, rex Ptolemaee, Atticis vsque hederis coronari: contingat tumulus et sepulcrum in patria, et ad aras decantare quotannis Bacchum: contingat mystica sacra obire, nouamque subinde fabulam per singulos annos inferre theatris ridentem et gaudentem, et anxium et timentem, donec victorem me videam. Philemon in Aegyptum profectus destinatis mihi gaudiis fruatur. Non habet Glyceram Philemon, nec dignus fortasse quidem tali fortuna. Tu vero post Aloa statim, mea Glycerium, quaeso, mulam clitellariam conscende, et ad nos euola. Longius festum numquam expertus sum, nec magis intempestiuum. Ceres propitia esto!

Ep. 4.

Glycera Menandro.

Vt miseras mihi regis epistolam, confestim legi. Cererem testor, in cuius iam aede versor, vehementer gauisa sum, Menander, et prae voluptate extra me posita, nec potui celare praesentes; aderant autem mater mea, altera ex sororibus Euphorion, et amica illa, quam nosti, quae sapius tecum coenauit, cuiusque laudare vernaculum Atticismum, sed timidius solebas, si quando subridens ardentius te exoscularer? Meministin' mi Menander? Istae igitur, quum insolitam et facie me viderent et oculis prae me ferre laetitiam, quid vero tibi, Glycerion, interrogarunt, tam faustum accidit, vt et animo et corpore alia plane iam

adpareas, ita ex corpore hilaritas exſplendeſcit, et laetum quid et optabile perlucet vbique. Ad haec ego: Menandrum ſciatis meum Aegypti rex Ptolemaeus, dimidia quodammodo regni parte oblata ad ſe inuitauit, quae tamen altiori vehementiorique voce elocuta ſum, vt omnes audirent praeſentes, dumque eloquerer, vibrando circumegi manibus et epiſtolam regis et ſigillum. Gaudes igitur, inquiunt, ſi te tuus deſerat amicus? Non id quidem, mi Menander! Immo vero nullo modo, per Deos iuro, ſi bos adeo, vt in prouerbio eſt, loquatur, perſuaderi mihi patiar, aut velle aut poſſe Menandrum, relicta Athenis Glycera ſua, ſolum in Aegypto regnare omnium bonorum copia abundantem. At mihi videbatur etiam ex literis regis manifeſtum, eum, quae mihi tecum intercedat, familiaritatem bene noſſe, leniterque velle et per ambages Aegyptiis te pungere Atticiſmis. Gaudeo igitur, quod in Aegyptum adeo ad eum amoris noſtri fama enauigauerit, quodque ex iis, quae audivit, rex credat ipſe, velle ſe, quod fieri non poteſt, dum Athenas ad ſe transferri cupit. Quid enim Athenae ſine Menandro? quid vero Menander ſine Glycera? quae ipſi et perſonas adornem, et veſtes induam, et in proſceniis adſtem pollicem premens, vbicumque plauſu reſonet theatrum, donec trepidans adhuc, per Dianam, foueo te, ſacrum illud dramatum caput, et amplexa in vlnis teneo. Sed, quod ad amicas gaudere me tum dicerem, hoc erat, mi Menander, quod non Glycera te tua tantum, ſed reges adeo transmarini amant, et mare transgreſſa fama tuas nuntiauit virtutes. Aegyptus enim, et Nilus, et Protei promontoria, et Phariae ſpeculae — omnia erecta cupiunt videre Menandrum, et audire Auaros, et Amantes, et Superſtitioſos, et Infideles, et Patres et Filios, et Seruos, et quidquid in ſcenam ſolet produci. Audiant, per me licet, nec tamen videbunt

Menandrum, nisi Athenas ad Glyceram veniant, videantque, quam felix ego sim, quae, cuius terrarum, quantus quantus est, orbem fama percrebuit Menandrum, nocte dieque lateri meo adhaerentem conspiciam. Attamen, si forte desiderium te incessat eorum, quae ibi sunt, bonorum, et, nisi alius cuiusdam, Aegypti tamen ipsius, regionis praeclarae, et Pyramidum ibi, et statuarum sonantium, et celeberrimi Labyrinthi, aliarumque rerum, quae vel a tempore, vel ab arte apud eos aestimantur, peto abs te, mi Menander, me nolis praetendere, ne Athenienſium ideo odium incurram, qui modios iamiam computant, quos rex tua causſa ipsis missurus sit. Sed proficiscere Dis omnibus fauentibus, fauente fortuna, ventis secundis, loueque secundo; ego enim te non relinquam. Nec putes me velle, quod ne possim quidem, etiamsi velim. Immo vero relictis matre sororibusque, quas tantopere amo, tecum nauigabo, facillimeque, vt spero, mari adsuescam. Diffracto ramo ipsa cum nautis manus admouebo, curabo te atque fouebo nauſea laborantem, sicque sine Ariadnes filo deducam in Aegyptum, non Bacchum quidem, Bacchi tamen ministrum et sacerdotem. Vicissim autem tu neque in Naxo, nec in solitudine maritima deseres me perfidiam tuam flentem et detestantem. Valeant Thesei ibi, et prisca illa infidelitatis delicta: nostram nil mutat fidem, non Piraeeus, non Aegyptus. Nullus locus amores nostros non excipiet integros, petram adeo si incolamus, Veneris eam sedem mutua beneuolentia faciet. Et id quidem certissime persuasa sum, te neque opum, neque rerum abundantia, diuitiarumque omnino adpetentem esse, qui in me et in fabulis a te compositis felicitatem ponas: sed cognati, sed patria, sed amici, omnes propemodum, vt scis, multis egent, ditescere volunt et pecunias coaceruare. Tu quidem

numquam, nec in magnis, nec in paruis, bene scio, habebis, quod me accuses, quem iam olim solo amoris adfectu meum fecerim, nunc autem et iudicium accessit et deliberatio. Haec igitur magis mihi curae cordique sunt, quae breuem amicitiae, quae solo animi motu continetur, durationem timeam; est enim eiusmodi amicitia, vti vehementior, ita etiam facile dissolubilis; vbi contra iudicium accedat, longe secus est: haud facile enim tale vinculum soluitur, et non multas solum ea res habet voluptates, sed omnem etiam timorem excludit. An recte in eo sentiam, iudex ipse sis, qui me saepe de his admonuisti. Etiamsi vero tu nihil me vituperes, neque incuses, timeo tamen Atticos crabrones, qui me vndique circumstrepent profecturam, tamquam Athenis ipsas diuitias mecum auferam. Proinde rogo, mi Menander, contine te, nec omnino regi rescribas statim: delibera amplius, et exspecta, donec ambo conuenerimus amicos, Theophrastum in primis et Epicurum: fortasse enim hi non idem, quod tu, ea in re sequantur consilium. Sacra potius faciamus, videamusque, quid exta portendant, vtrum melius sit in Aegyptum abire, an manere, mittamus adeo, qui nomine nostro oraculum Delphicum consulant, communis enim patriae Deus est (Apollo.) Paratam sic et profectus et remanens in Deorum effatis defensionem habebis. Maxime vero Deos ego consulam: noui enim mulierem e Phrygia nuper huc aduectam, talium rerum vel maxime peritam: est enim ventriloqua, spartorum extensionem callet, noctuque Deos manes excitat, nec, vt ipsa dicit, postulat, vt dictis suis credamus, sed factis. Mittam igitur ad eam; etenim, ex eius sententia, lustratio antea facienda, et animalia quaedam ad sacrificandum, et thus masculum, et styrax oblongus, et placentae Lunae, et siluestrium folia florum praeparanda

sunt. Puto equidem, te iam constituisse ex Piraeeo in vrbem venire, quod si non est, certiorem saltem facias, quousque ad Glyceram tuam visere nequeas, vt ego ad te aduolem, Phrygiam vero meam habeam in promtu. Sed fortasse sponte iamiam tecum perpendisti, fieri tamen posse, vt Piraeeus, vt agellus, vt Munychia paullatim animo excidant tuo. Ego quidem, per Deos, omnia facere possum, tu vero non aeque ac ego tui iuris es, arctissime quippe mecum coniunctus. Fac igitur, omnes ad te reges epistolas mittant, ego tamen omnibus tibi regibus regalior sum, et pio te amatore vtor iurisque iurandi obseruatore religiosissimo. Proinde hoc age potius, animula mea, vt citius in vrbem venias, vt, si consilium de profectione ad regem mutaueris, paratas tamen habeas comoedias, et ex iis eas in primis, quae maxime iuuare possint Ptolemaeum, eiusque Bacchum, non popularem, vt nosti, vel Thaidas nempe, vel Misumenon, vel Thrasyleonta, vel Epitrepontas, vel Rapizomenen, vel Sicyonium. Sed quam ego audax et temeraria sum, quae de Menandri fabulis iudicium mihi sumam harum rerum imperita! Sed sollertem habui amorem tuum in his percipiendis magistrum: tu enim me docuisti, feminam quamque, cui bonum ingenium contigerit, amantis doctrinam celerrime adripere, amoremque omnia omnino festinanter agere solere. Puderet me, per Dianam, si tali magistro indigna tardius didicerim. Denique abs te, mi Menander, peto hoc, vt et illam fabulam consarcines, in qua pinxisti me, vt, etiamsi tecum non proficiscar, alia tamen via ad Ptolemaeum nauigem: sic enim eo magis sentiat rex, quantum tua interfit, scriptos saltem te tuos tecum ferre amores, quamquam veros in vrbe reliqueris. Sed nec hos, spero, relinques. Nauium gubernandarum arti, donec huc ad nos e Piraeeo

veneris, initiandam me dabo, vt te meis ipsius manibus incolumem deducam, nauigans, si tibi ita placuerit: placeat autem, Dii omnes! quod vtrique nostrum vtile sit, et vaticinetur Phrygia, quae conducunt, melius quam puella, quam a Numine adflatam in vna fabularum tuarum (Θεοφόρητος) introduxisti. Vale.

ALCIPHRONIS RHETORIS
EPISTOLAE
LIBER TERTIVS.

Ep. I.

Glaucippe Charapae.

Non amplius apud me sum, cara mater, nec impetrare a me possum, vt nubam, cui me per desponsationem promisit nuper pater, Methymnaeo iuueni, filio gubernatoris, ex quo vrbicum illum ephebum conspexi Oschophorum, quum mihi vrbem adire Oschophoriis celebratis concessisses. Pulcer enim est, o mater, pulcer inquam et suauissimus, cincinnosque habet crispos magis quam muscus, ridet mari tranquillo iucundius, gratissimus est caeruleorum iactus oculorum et splendor, qualis esse solet ponti a primis solis radiis illustrati. Et de vultu omnino quid dicam? tripudiare in genis dicas Gratias ipsas Orchomeno relicto, et Gargaphio fonte lotas, labia vero rosis ex ipsius Veneris sinu furtim ablatis, sibique adscitis splendescunt. Aut huius ero, aut, Lesbiam imitata Sappho, non a Leucade petra, sed a Piraeei scopulis in fluctus me dabo praecipitem.

Ep. 2.

Charope Glaucippae.

Insanis, filiola, et compos mentis profecto non es. Elleboro opus habes, nec vulgari illo quidem, sed ex Phocidis Anticyra, quae, qui virgines decet, pudorem omnem e vultu absterseris. Quietiori animo collige te, damnosamque expelle libidinem. Quod si enim horum quid pater resciuerit, nihil deliberans sine mora marinis te belluis deuorandam proiiciet.

Ep. 3.

Euagrus Philothero.

Largae spes erat ob piscium multitudinem capturae, ego vero, qui retia forte explicuissem, quid facerem, nesciebam. Visum igitur est Sisypheo quodam commento adire foeneratorem Chremetem, et in pignus ipsi promissa scapha aureos quatuor mutuari, quibus reficere rete possem. Sic igitur dicto citius feci. Et Chremes quidem macilentus ille, qui superciliis contractis torue alias omnes solet spectare, amore fortasse cymbae, remissa graui vultus seueritate, placide adiisit mihi, promtumque se ad submministrandum, quidquid vellem, ostendit. Statim quidem, qui tam celeriter frontem explicaret, nihil boni in animo habere manifestum erat, sed subdolam prae se ferre humanitatem: vt vero tempore praeterlapso praeter sortem vsuras etiam ne horula quidem concessa repetiit, agnoui illum eumdem, quem ad Diometidem portam memineram sedere, incuruum baculum gestantem, infestum omnibus, Chremetem Phlyensem: iam enim in eo erat, vt scaphae manum iniiceret meae. Quum igitur viderem, quas in angustias incidissem, domum cucurri,

aureamque catenam, quam olim, in re lautiori dum essem, coniugi monile dederam, collo detractam et ad Paseona foeneratorem delatam vendidi, confectosque vna cum vsuris numulos adnumeraui celerrime, iuraui tamen mecum, numquam me ad vrbicorum quemdam foeneratorum, nec si fame contabescerem, accessurum. Melius enim est, honeste mori, quam abiecto lucrique cupido seni obnoxium viuere.

Ep. 4.

Trechedipnus Lopadecthambo.

Index vmbram nondum coniicit in sextam, (horam) ego vero parum abest, quin tabe peream, fame quippe fodicatus. Age igitur, capiundi tempus est consilii, Lopadecthambe, vectesque restesque adhibeamus. Quod si enim totam columnam, detestabilem illum gnomona sustinentem deiiciamus, indiculumue eo vertamus, vbi citius horas monstret, Palemedeum hoc erit commentum mihi, qui siccus tibi prae fame et aridus sum. Theochares nimirum mensae non accumbit, nisi seruus in forum decurrens sextam esse renuntiauerit. Opus igitur est inuento, quo confundere Theocharis ordinem, eiusque computandi rationem turbare possimus. Educatus enim a paedagogo morosо et supercilioso nihil sapit iuuenile, sed non secus ac Laches aliquis vel Apolexias austerus moribus est, nec ventri, vt ante horam illam sese expleat, concedit. Vale.

Ep. 5.

Hectodioctes Mandilocolaptae.

Heri ad vesperam Gorgias Edeobutades casu obuiam factus in via, comiter salutauit, et, quod tam raro ad eum viserem, conquestus est. Paucis aliis deinde iocis

additis, age, per Iouem, inquit, mi optime, bene lotus ad me venias, ita tamen, vt Aëdonium tecum meretriculam adducas, quae mihi admodum familiaris est, et, vt probe ipse nosti, haud longe a Leocorio prostat. Coenam paraui lautam, pisces in frusta disfectos, amphorasque Mendesio, quod nectar iure dicas, impletas. Quibus dictis ille abiit, ego vero ad Aëdonium cucurri; quum vero edixissem, a quo inuitaretur, magnum prope periculum subii. Ingratum enim, vti videtur, experta Gorgiam et malignum in remunerando, iracundia, quae eius vitium est, abrepta ollam a foculo detraxit, et feruente sinciput aqua perfudisset, nisi celeriter resiliendo effugissem periculum. Sic fallaci spe lactatis ignominiae plures, quam voluptates percipiendae sunt.

Ep. 6.

Arthepithymus Cnisozomo.

Reste mihi opus est, breuique me in laqueo collum habentem videbis. Neque enim alapas ferre amplius valeo, reliquamque perditissimorum epulonum inter vina petulantiam, neque sceleratum et voracissimum ventrem domare. Hic enim poscit, non ad satietatem solum, sed ad luxuriam vsque: facies autem crebras non tolerat plagas, et in periculo versor, vt alter oculus mihi concrescat colaphis infestato. Eheu! quot mala perpeti nos cogit edendi, immo vorandi cupidissimus venter! Opiparis igitur dapibus semel adhuc recreatus, vitam vltro abiicere decreui, meliorem aerumnosa vita mortem, quam sponte subierim, existimans.

Ep. 7.

Hetoemocorus Zomecpneonti.

Hem, quae fuit hesterna illa dies, vel quis Daemon Deusue quasi machina liberauit me, qui iam in eo eram, vt abirem ad plures. Nisi enim a conuiuio me regressum bono quodam fato Acesilaus medicus semimortuum, immo vero vere mortuum, orcique ciuem conspicatus, discipulos iussisset sublatum domum suam portare, ibique vomere coegisset, deinde vena incisa multum sanguinis emisisset, nihil vspiam in mora fuisset, quin insensibili morte correptus periissem. Quibus vero modis praediuites illi me tractarunt, alius aliunde nimis multa bibere, plusque edere, quam venter caperet, cogentes! Hic enim inserit farcimen, ille frustum praegrande intrusit maxillis, alius mixturam, non vini, sed sinapeos et piscium liquaminis, et aceti, tamquam in dolium effudit: quae omnia euomens lebetas, serias, matulas impleui, vt ipse Acesilaus haud satis mirari posset, vbi locum habere tanta ciborum colluuies potuerit. Sed quum Dii seruatores atque auerrunci praesentissimo me periculo aperte liberauerint, ad opus faciendum me conuertam, in Piraeeum migrabo, onera nauium in apothecas mercede accepta transportaturus. Melius enim thymo et polenta pascere ventrem vitae securum, quam placentis vescentem et Phasianis auibus, spem inter er metum quotidie versari.

Ep. 8.

Oenopectes Cotylobrochthiso.

I, cape fistulam et cymbala, veniasque circa primam noctis custodiam ad aureum angiportum ad Agnum, vbi consilia conferre poterimus, et deinde e Sciro ab-

ductam Clymenen meretriculam deducere ad recens ditatum Therippidem Aexonenſem. Ardenter enim hic amat illam iamdiu, et ſumtus fecit haud exiguos fruſtra. Sentiens enim illa amorem iuuenis vehementem, delicias facit, faſtidioſamque ſe praebet: et quamquam plura iamiam ei abstulerit, negat tamen copiam ſe ſui facturam, niſi fundum prope argentifodinas ſitum accipiat. Tempus igitur eſt, vi adeo, ſi more ſuo obnitatur, abstrahere, nosque, qui duo ſumus, iique robuſti, facillime eum abducemus. Therippides autem, vbi hoc reſciuerit, noſtrisque vigiliis hoc ſibi reputauerit tam feliciter effectum, accipiemus aureos ob hoc nouum commentum non paucos, et ſplendidas veſtes, et praeterea domum eius frequentare confidenter, commodisque frui in poſterum ſine impedimento licebit. Fortaſſe adeo non paraſitorum, ſed amicorum nos numero habebit: qui enim ſine praeuia adhortatione bene merentur, non adulatores amplius putantur, ſed amici.

Ep. 9.

— — — —

Catulos tentaturus, an iam idonei eſſent ad curſum, leporem ego in fruticeto quodam terrefactum ſubito excitaui, catulos autem filii mei emiſerunt a loris. Et canes quidem ferocientes prope aberant a fera capiunda, lepus vero ad periculum effugiendum loco accliui ſuperato, latebrarum receſſum quemdam inuenit. Alter vero canum cupidior, inhians iam morſuque tacturus vna cum lepore in terrae cauernam deſcendit, vnde quum vi detrahere illum vellet, ex anterioribus fregit pedibus alterum. Sustuli igitur claudicantem catulum bonum, et feram ſemeſam, acciditque mihi, vt exigui emolumenti adpetens detrimentum haud leue caperem.

Ep. 10.

Iophon Eraſtoni.

Pereat, malusque male intereat peſſimus iſte gallus et deteſtabilis, qui me dulci ſomno delinitum cantu ſuo excitauit. Videbar enim mihi, vicinorum cariſſime, vir ſplendidus atque ditiſſimus, deinde ſeruorum circumdatus caterua, quos procuratores et dispenſatores mihi fore putaui. Videbatur et vtraque manus annulis vndique cincta, multorumque talentorum gemmas ferre; digiti ipſi molles erant, ligonisque plane immemores. Adparebant porro adulatores cominus, vt veros Grylliones, Pataecionesque adſtare dicere potueris. Interea et concio populi Athenienſis in theatrum progreſſa, Strategum me creare voluit conclamans, in mediis autem ſuffragiis improbiſſimus ille gallus coepit canere, et euanuit viſum. Experrectus tamen laetus admodum fui; quum vero omen in eo deprehenderem, quod menſes adeſſent, quibus folia arboribus deciderent, ſomnia mendaciſſima eſſe intellexi.

Ep. 11.

Dryantidas Chronio.

Non amplius cura te tangit thalami communis, communiumque liberorum, nec vitae ruſticanae, totam te potius vrbi mancipaſti, Panem et Nymphas exoſa, quas Epimelidas vocare ſolebas et Dryadas et Naidas, nouos vero Deos praeter multos illos priores inducens. Vbi vero locorum in agro collocem Coliadas vel Genethyllidas? ne quid dicam de aliis daemonum nominibus, quorum plurima ob multitudinem memoria exciderunt. Mente capta eſſe videris, vxor, nec ſani quid cogitare, ſed contendis cum vrbicis illis mulierculis

luxuria diffluentibus, quarum vti facies ficta et picta, ita mores prauitate insignes, quaeque fuco et ceruſſa et paederote genus tingunt haud ſecus ac pictores follertiſſimi. Tu vero, ſi ſana es, qualem te aqua antea et ſapo puram mundamque praeſtaret, talis maneas porro.

Ep. 12.

Pratinas Epigono.

Ad ipſius meridei aeſtum ventorum flatibus expoſitam mihi elegi pinum, cuius ſub vmbra ſolis feruorem defenderem, et ſic ſuauiſſime refrigerato in mentem venit, Muſicae paullulum dare temporis. Sumtam igitur tibiam percurrebam lingua, tenuem ſpiritum lingua trahens, ſuauemque mihi et paſtoritiam audire videbar modulationem. Interea neſcio quomodo duldine cantus delinitae omnes vndique capellae circumfuſae, miſſisque arbutis et asphodeli caulibus, totae tibiae ſono intentae erant. Ego vero, tamquam mediis in Hedonis eſſem, Calliopes filium imitatus ſum. Hunc igitur tibi laetum nuntium miſi, ne amicum celarem, Muſices intelligentem habere me gregem.

Ep. 13.

Callicrates Aegoni.

Ego quidem aduentante tempore gyros quum effodiſſem, ſcrobesque depreſſiſſem, in eo eram, vt olearum ſurculos inſererem, aquasque ad eas ducerem manantes, quae mihi ex valle deriuantur propinqua. Ingruens autem per tres dies, totidemque noctes, imber torrentes deſuper ex verticibus montium deduxit, qui cum impetu deuoluti limo ſecum tracto, foueas obruerunt, vt vna planities totus ager ſit, nec vmquam cultus

esse videatur. Sic igitur omnes mihi labores perierunt, et in vnam eamque foedam faciem omnia conuersa sunt. Quis vero amplius labores velit suscipere, spem ex agro colendo captans incertam? Ad aliud vitae genus mihi transeundum, nam cum studiis mutatis mutari etiam aiunt fortunam.

Ep. 14.

Sitalces Oenopioni.

Si patrissas, mi fili, et eadem, quae ego, sentis, iactatoribus illis discalceatis et pallidis, qui circa Academiam volutantur, nihilque, quod in commune vtile sit, efficere possunt, vel adeo in animum inducere, sed in rebus tantum caelestibus occupantur, valere iussis, agro operam dabis colendo, vnde, si laborare velis, plenum habebis omnis generis frugibus horreum, plenas vino amphoras, plena emolumentis omnia.

Ep. 15.

Cotinus Trygodoro.

Instat vindemia, qualisque mihi opus est: commodes igitur velim, quos plures, quam necesse est, habeas, breui redditura. Ego vero habeo doliola plura, quibus si forte egeas, audacter sume. Communitas enim bonorum in agris vel maxime solet habitare.

Ep. 16.

Phyllis Thrasonidae.

Si agrum colere velles et sapere, mi Thrasonida, moremque patri gerere, Diis hederam et lauros, et myrtos, et flores pro anni tempestatibus, nobis vero

parentibus triticum messe perceptum, vinum vuis expressum, multramque capellarum lacte plenam adferres. Iam vero agrum eiusque culturam auersaris triplices galeae cristas laudas, scutumque amas haud secus ac Acarnan aliquis vel Melienſis mercede conductus miles. Noli vero ita porro facere, mi fili, sed redi ad nos, vitamque quietam amplectere, (etenim tuta periculique expers est agricultura, nihil habens cohortium, nihil insidiarum, nihil phalangum, nobisque aetate prouectis subsidium praesens eris,) vitaeque ambiguae certam praeferas salutem.

Ep. 17.

Chaerestratus Lerio.

Male, mala Lerium, pereas, quae vino me et tibiis ita demulseris, vt lentus iis, qui ex agro in vrbem miserant, adparere debeam. Hi enim a primo mane exspectarunt adlaturum ipsis amphoras, quarum caussa huc veneram: ego vero, bellus homo, tibiis per totam noctem oblectatus in lucem vsque dormiui. Apage vero, misera, istosque miserandos (vrbicos) tuis incantationibus demulce: mihi si molesta pergas esse, magno tuo malo discedes.

Ep. 18.

Eustachys Pithacioni.

Filii mei natalem celebraturus, vt ad epulas venias, te, mi Pithacion, inuito, ita tamen, vt non solus venias, sed adducas tecum vxorem, et liberos, et laborum socium, et, si vis, canem adeo, fidum illum custodem, grauique latratu depellentem gregi insidiantes, qui et ipse nostris epulis dedecori non erit. Festum autem illum diem celebrabimus iucundissime,

bibemus ad ebrietatem vsque, exſaturati cantabimus. Si quis praeterea cordacis ducendi peritus adſit, in medium procedat, coetum oblectaturus. Ne cuncteris igitur, mi optime, decet enim in votiuis ſolemnitatibus mane adparatus conuiuii facere.

Ep. 19.

Pithacion Euſtachyi.

Omnia vero, qui tam amice amicorum velis omnia communia eſſe, tibi laeta eueniant et coniugi et liberis. Ego vero, quum furem deprehenderim, in quem iamdudum iram concepi, quod ſtiuam mihi duasque falces ſurripuerat, domi nunc habeo eum, vicinosque exſpecto auxiliatores. Et nondum quidem, minus quippe robuſtus et ſolus, manus ipſi inferre ſuſtinui, toruo enim vultu eſt, ſupercilia adducit, vegetos habet humeros, ſolidumque femur; ego vero laboribus et ligone confectus ſum, callos vero in manibus habeo, cutemque ſerpentis exſuuiis tenuiorem. Vxor igitur et liberi in viam ſe dabunt, laetique conuiuii in ſocietatem venient: laborum autem ſocius male ſe habet, ego vero et canis nebulonem illum domi adſeruabimus.

Ep. 20.

Napaeus Creniadae.

Meminiſtin', me ficubus et viridibus et aridis aſinum oneraſſe? Quem quum in ſtabulum deduxiſſem, donec (ficus) vendere poſſem noto cuidam, ſecum aliquis duxit in theatrum, ſedeque in commodo collocatum variis oblectauit ſpectaculis. Cetera quidem memoria non teneo, ad perſpicienda enim talia atque narranda ineptus ſum: ad vnum vero hianti ore adſtiti, mutusque prope factus ſum. Quidam enim in medium pro-

greſſus, in tripode menſa paruas tres patellas adpoſuit, ſub quibus deinde paruulos nonnullos, albos rotundosque occultauit lapillos, quales ad ripas torrentium reperire eſt, eosque modo ſeorſim ſingulas texit, modo, neſcio, quo artificio ſub vna omnes oſtendit patella, mox in nulla vt inuenirentur, effecit, et in ore monſtrauit: tum vero quum deglutiiſſet, proxime quosdam adſtantes produxit, globulosque vnius ex nare, alterius ex aure, tertii ex capite depromſit, ſublatosque denuo ex oculis hominum remouit. Maxime clancularius homo, magis adeo, quam Eurybatem Oechalienſem accepimus. Procul abſit ab agro noſtro eiusmodi fera, quae neque capi a quoquam poſſit, et, quae domi habeo, omnia ſurreptura, irritum omnem in agro conſumtum laborem faceret.

Ep. 21.

Eurape Glaucae.

Peregre abeſt maritus meus, et tertium iam diem verſatur in vrbe, qui autem mercede conductus domi noſtrae ſeruit, Parmeno, merum damnum eſt, homo negligentiſſimus, et maxime ſomnolentus. Quo factum, vt lupus, quem vicinum habemus grauem, cuius ex oculis truculenta emicat deuorandi cupiditas, Chionen, pulcerrimam gregis capellam ex collibus ſaxoſis raptam ſecum abſtulerit, et dapes ſibi lautas hac tam pulcra tamque opima capella parauerit, ego vero lacrimas oculis abſtergam. Nihil quidem adhucdum reſciuit maritus, vt primum vero audiet, e proxima pinu pendebit mercenarius, ipſe autem non deſinet machinari, vt poenas ſumat a lupo.

Ep. 22.

Polyalsus Eustaphylo.

Pedicas expoſueram ad capiendas exſecrabiles vulpeculas, adpenſo carnis fruſtulo. Quum enim vites infeſtaſſent, nec acinos ſolum adroſiſſent, ſed integros etiam abſcidiſſent cum pampinis palmites, herus autem propediem venturus nuntiaretur, (immitis vero homo eſt et acer, qui ſententiolas continuo et conſulto in Pnyce Athenienſibus proponit, multosque iam malitia ſua vique dicendi Vndecimuiris tradidit) timens ego, ne quid ſimile ab eiusmodi domino et mihi accideret, furacem vulpeculam captam ipſi volui repraeſentare. At haec non adparuit, Plangon contra, Melitaeus catellus, quem oblectamentum herae aluimus iucundum, nimia guloſitate ad carnem guſtandam abreptus, tertium iam diem ſupinus iacet, et mortuus, et iam puteſcens. Malum igitur ſuper malum excitaui imprudens. Quis vero a tam tetrico homine, vt ignoſcat, exſpectet? Fugiemus, quantum pedibus valemus. Valeat ager, valeant mea omnia: tempus enim eſt, vt me ipſum ſeruem, nec malum exſpectem, ſed antequam accedat, mihi conſulam.

Ep. 23.

Thallus Pithyiſto.

Quoslibet fructus cum voluptate percipio, eſt enim frugum collectio laborum retributio iuſta: in primis tamen apum aluearia caſtrare volupe eſt. Quum igitur, examinibus ad petram captis, fauos habeam recentes, primum quidem primitias Diis obtuli, poſt hos et vobis amicis offero. Sunt vero candidi adſpectu, Atticique mellis guttas deſtillant, quale in Brileſſii montis fiſſuris effloreſcit. Et nunc quidem haec mittimus,

sequenti autem anno et plura a nobis accipies et suaviora.

Ep. 24.

Philopoemen Moschioni.

Lupum videor alere in nequissimo seruo: impetu enim in capras facto nullam non disperdidit, alias vendendo, alias mactando. Et ipsi quidem comissatione turget venter, et omnino gulae largitur, et fidibus tibiisque demulcetur, et ad vnguentariorum officinas amant versari, stabula autem vacua, nec caprae vllius vestigium. Adhuc quidem nil moueo, ne forte praesentiens contento fugiat cursu; vbi vero imprudentem eum deprehendero et in potestatem accepero, manus ipsi constringentur, trahetque pedicas graues, rastrisque intentus sub bidente et ligone luxuriae obliuiscetur, laboribusque oppressus grauibus discet sobrietatem rusticam amplecti.

Ep. 25.

Hyle Nomio.

Nimis crebro in vrbem migras, mi Nomie, nec ad momentum adeo temporis adspectus tibi agri placet. Otiatur autem terra operis orba, ego vero demum servo sola, cum Syra vix infantes sopiens cantillando. Tu vero semicanus iamiam adolescentulum vrbicum te geris: audio enim, te saepius in Sciro et Ceramico versari, vbi perditissimos aiunt otio et desidia vitam conterere.

Ep. 26.

Lenaeus Corydoni.

Nuper quum horreum purgassem, deponenti ventilabrum herus adstitit, industriamque laudauit. Adpa-

ruit autem, nescio vnde, Corycaeus aliquis daemon, Strombychus ille nefarius, qui, quum me sequi dominum videret, adiacentem renonem, qua exsuta opus feceram, sub alis abstulit, vt praeter damnum a conseruis etiam derisum me videam.

Ep. 27.

Gemellus Salmonidi.

Quid vero est, Salmonis, quod tam insolentem te geras, misella! Nonne in officina sartoris claudi sedentem liberaui, idque inscia matre? nonne vt legitime desponsatam domum duxi? Tu vero superba es, viliſſima muliercula! semperque subsannas, nasumque suspendis. Nonne desines, misella, ab hac insolentia? Amatorem simul dominum experieris, et hordea ruri torrere iubebo, atque tunc profecto intelliges, quas in calamitates te ipsa conieceris.

Ep. 28.

Salmonis Gemello.

Omnia tolerare malim, quam tecum dormire, domine. Nec hac nocte aufugeram, nec in virgultis me occultaueram, vti putabas, sed mactram subieram, cuius concaua parte pro operculo sumta iacebam. Quum vero semel constituerim laqueo vitam finire, audi, dicam aperte, (omnem enim moriendi cupiditas adimit metum,) ego te, Gemelle, odi, partim corporis molem istam abominans, et tamquam belluam auersans tetram, partim oris foeditatem ex intima fauce graveolentiam emittentis. Malus male pereas cum his tuis deliciis! Abi ad lippientem aliquam rusticam anum, cui vnus dens molaris residuus male haeret, vnctamque picis oleo.

Ep. 29.

Orius Anthophorioni.

Credideram, mi Anthophorion, simplicem te esse, rusque merum, qui nil nisi fraces oleret, pulueremque spiraret, planeque ignoraui, te orandi facultate superare, quotquot in Meticheo de rebus alienis iure decertant. Ex quo enim sub Vicorum Magistro caussas agere coepisti, nulla exstitit, vnde victor non abieris. Macte lingua, turture loquacior! Tu igitur mihi Hermaeon, quod aiunt, eris; expositum enim me video iis, qui, quae mea sunt, sibi volunt adferere: ego vero quietis amans, beneque gnarus sum, multa ex otio mihi nasci negotia.

Ep. 30.

Ampelion Euergo.

Aspera hoc anno hiems est, nec vlli licet domo exire. Omnia nix occupauit, et albescunt non colles tantum, sed et depressa regionis loca: laborandi facultas nulla datur, otiosum desidere dedecus est. Quum igitur prospectarem ex casa, vixque fenestram aperuissem, magnum cum niue aduectum auium vidi, et merularum et turdorum populum. Statim itaque ex pelui depromto viseo pirastrorum ramos inunxi, et e vestigio aduenam conspexi nubem auicularum, quae omnes e furculis, heu quam iucundum spectaculum! pependerunt, alis retentae, capitibusque et pedibus captae. Harum partem tibi, pingues omnes et carnosas misi viginti quinque. Boni enim bona habent communia, inuideant vero, per me licet, maligni vicini.

Ep. 31.

Philocomus Theſtyllo.

Quum numquam in vrbem deſcenderim, nec ſciam, quid demum ſit, quod ciuitatem ſolent adpellare, novum hoc cupio ſpectaculum videre, homines nempe vno ambitu vna habitantes, et reliqua, quibus vrbs differt a ruſtica vita, diſcere. Quod ſi igitur iter tibi in vrbem faciendum ſit, me tecum abducturus venias: etenim et mihi nunc plura puto diſcenda, cui iam pullulare pilis mentum incipiat. Et quis ad me in vrbe initiandum aptior te ſit, qui tam ſaepe intra portas voluteris.

Ep. 32.

Scopiades Scotioni.

Eheu! Quantum malum, mi Scotion, ebrietas eſt! In conuiuium enim perditorum hominum quum incidiſſem, (temulenti vero omnes erant, nec vllus modico contentus hauſtu, immo vero, in orbem continuo eunte poculo, poena renuentibus ſtatuta eſt haec, vt poſtridie epulas ipſi darent) quumque bibiſſem, quantum numquam in vtre portare memini, tertium iam diem ita me habeo, vt etiam nunc grauedinem capitis ſentiam, crapulamque eructem.

Ep. 33.

Anthylla Coriſco.

Videntur adeo flumina retro labi poſſe, quum tu, Coriſce, tam prouectae aetatis, quum nepotes iam neptesque habeamus, mulierculam cithariſtriam ames, meque ita pungas, vt praecordia fere ruperis. Memet

igitur contemnis, triceſimum iam annum tecum viventem, puellam vero, eamque ſcortum immane, blanditiis proſequeris, quae tamen totum te cum ipſis agris exhauſerit. Rident te iuuenes, nec derideri te ſentis. O ſenium meretricis ludibrium!

Ep. 34.

Gnathon Callicomidae.

Timonem noſti, Callicomides, Echecratidis filium, Collytenſem, qui diues antea, profuſis deinde in nos paraſitos amicasque facultatibus, ad paupertatem redactus, et ex maxime ſociali hominum oſor factus, Apemanti imitatus eſt faſtidium? In agellum igitur deuium ſe recepit, vbi glebis praetereuntes petit, ſtudioſe cauens, ne in hominem incidat quemquam, adeo communem auerſatur naturam. Reliqui contra Athenienſes nuper ditati Phidone ſunt et Gniphone ſordidiores. Tempus eſt hinc migrandi, laboribusque quaerendi victum. Adſume igitur mercenarium in agro, toleraturum omnia, ſi inſatiabilem explere poſſim ventrem.

Ep. 35.

Thalliſcus Petraeo.

Siccitas nunc eſt, nec nubecula vlla ſuper terram ſe effert. Pluuia autem opus eſt, ſitire enim agros ipſos glebarum ſiccitas demonſtrat. Fruſtra, vti videtur, nec exauditi ſacra fecimus Ioui Pluuio, etſi certatim omnes pagi incolae, et pro viribus quisque et facultatibus contulimus, hic arietem, ille hircum, alius aprum, pauper placentam, pauperior adhuc thuris micas ſatis carioſas, taurum vero nullus, quum armentorum nulla nobis copia ſit, tenue ſolum Atticae ha-

bitantibus. Sed quid prosunt impensae, quum ad alias gentes migrasse, nobis neglectis, Iupiter videatur?

Ep. 36.

Pratinus Megaloteli.

Molestus nobis erat miles, molestus inquam. Quum enim venisset ad vesperam, fatoque siniſtro ad nos devertisset, non desiit obtundere narrationibus, decurias nescio quas et phalanges crepans, et sarissas et catapultas et scuta: mox, quomodo in fugam dederit Thracas, duce eorum iaculis traiecto, mox vt conto transfixum Armenium caeciderit. Denique captiuas produxit et ostendit mulieres, quas ex praeda dixit a ducibus fortitudinis praemia sibi datas. Et satis amplum quidem poculum garrulitatis remedium homini porrexi, ille vero et hoc plura posthac eaque grandiora exhausit quidem, nihil tamen remisit a nugis.

Ep. 37.

Epiphyllis Amaracinae.

Corollam e floribus nexam ibam in Hermaphroditi sacello in honorem (defuncti mariti) Alopecensis suspensura. Subito vero adparuit iuuenum proteruorum caterua aduersus me instructa, et duce quidem Moschione. Ex quo enim beatum amisi Phaedriam, non desiit ille mihi molestias creare, coniugium mecum ineundi desiderium promens; ego autem recusaui, partim paruulorum liberorum miserta, partim quod manes Phaedriae ob oculos versarentur. Sed imprudens flagitioso me hymenaeo seruaui, et thalamum habui nemus. Nam in opacum quum deduxisset, vbi continua arborum densitas esset, ibi super floribus et

arborum foliis, pudet dicere, optima! quid pati coegerit. Sic igitur habeo ex flagitio maritum, non sponte mea quidem, sed tamen habeo. Optabile quidem, vt inexpertus eorum, quae nolis, maneas; quod si cui non contingit, occultare saltem calamitatem necesse est.

Ep. 38.

Eudicus Pasioni.

Phrygem habeo seruum improbum, qui talis factus est ruri: quem quum Calendis ex pluribus delectum emissem, Numenium statim quidem nominare decreui, et quum videretur robustus esse, vultuque vigorem praeferre, laetus admodum abduxi, vt eius in agro opera vterer. Est vero merum damnum homo: comedit enim, quantum quatuor fossores, dormit autem, quantum delirum Sophistam narrare memini, haud secus ac Epimenides quidam Cretensis, vel Herculis, quas audiuimus, tres vesperas. Quid igitur faciam, amicorum carissime, qui in hac tali bellua pecuniam abiecerim?

Ep. 39.

Euthydicus Epiphanio.

Per Deos atque Daemonas, optima mater, ad exiguum tempus, relictis scopulis et agro extremum ante diem venias, quae pulcra in vrbe sunt, spectatum. Qualia enim, qualia te fugiunt, Haloa et Apaturia, et Dionysia, et quod nunc celebramus, sanctissimum Thesmophoriorum festum. Adscensio primo iam die facta est, ieiunium hodie ab Athenienſibus seruatur solemniter, Calligeniae autem cras fient sacra. Si igitur festinare velis, et in viam te des mane, ante-

quam Lucifer oriatur, sacra poteris cum Athenienſibus mulieribus obire. Veni igitur, nec tergiuerſare, idque ita obſecro, vt et mihi et fratribus bene cupio: vrbis enim inexpertem e vita discedere nefas ſit, et belluinum et a bonis moribus abhorrens. Veniam des mater, vtilitatis cauſſa liberius ſcribenti. Aperte cum omnibus hominibus decet verſari, maxime vero erga neceſſarios oportet eſſe ſincerum.

Ep. 40.

Philometor Philiſo.

Equidem filium ad vendenda ligna et hordeum in vrbem miſeram, vt eodem die cum nummulis rediret, adhortatus: ira vero neſcio cuius Daemonis ingruens totum eum commutauit, mentemque ei emouit. Conſpecto enim vno furibundorum illorum, quos propter rabiem Canos adpellare ſolemus, imitandis vitiis ducem adeo ſuperauit. Etenim ſpectaculum praebet abominabile et horrendum, comam concutiens ſqualidam, vultu truculentus, ſeminudus in palliolo peram exiguam ſuſpenſam gerens, clauam e piraſtro factam manibus tenens, diſcalceatus, ſordidus, intractabilis: nec agrum vult nosue parentes agnoſcere, immo abnegat, natura contendens omnia exſiſtere, et elementorum mixturam cauſſam generationis eſſe, non parentes. Satis etiam adparet, diuitias eum contemnere, agrique culturam odiſſe: pudoris adeo nullam habet rationem, et verecundia omnis e facie deterſa eſt. Hem, quantam tibi, agricultura, impoſtorum iſtorum ſcholae perniciem attulerunt! Soloni iraſcor et Draconi, quod, qui vuas furati eſſent, eos morte mulctare iuſtum exiſtimauerint, eos, qui ſana mente priuatos iuuenes captiuos quaſi abducunt, voluerint eſſe impunes.

Ep. 41.

Dryades Melioni.

Misi tibi ouium in (pago nostro) Decelia tonsarum, earumque sanarum vellera, nam scabie laborantes pastori Pyrrhiae concessi, vt pro arbitrio iis vteretur, priusquam morbo prorsus conficerentur. Quum igitur lanae habeas abunde, vestes nobis texe cuique conuenientes tempestati, ita vt aestati aptae sint tenues, hibernae contra satis habeant subteminis, magisque densentur, illaeque tenuitate sua inumbrent magis, quam calefaciant corpora, hae vero grauitate defendant frigus, ventisque sint imperuiae. Filia etiam virgo, quam nubilem habemus, ancillas adiuuabit in texendo, ne ad maritum deducta dedecori nobis parentibus sit. Omnino enim nosti, lanificii amantes, Mineruamque colentes, morum probitati atque verecundiae operam dare.

Ep. 42.

Rhagestrangisus Staphylodaemoni.

Funditus tibi perii: heri enim splendidis vestibus ornatus, sordidis, vt vides, et cilicinis pannis hodie tego pudenda. Exspoliauit me Pataecio ille perditissimus, qui nummos meos, quot, vti nosti, satis multos habebam, felicibus, qui ei contigerunt, tesserarum iactibus ad drachmas vsque et obolos abstulit. Poteram equidem prioris damni oblitus a maiori immunem me seruare, sed ira percitus atque contentione extremam iacturam feci: singulis enim ex prouocatione in medium expositis vestibus, postremo indumentis nudatus sum omnibus. Quo igitur eundum? grauiter enim et vehementer ingruens boreas latera mihi sagittae instar fodit. In Cynosargen fortasse concedendum,

vbi vel iuuenum ibi morantium aliquis misericordia ductus veste quadam me amiciat, vel proximos occupare possim caminos, ad quorum ignes me miserum calefaciam: nudis enim flamma vel apricatio renonis instar et sagi est.

Ep. 43.

Psichoclaustes Bucioni.

Nudius tertius capita tonsi, ego et Struthion et Cynaedus, parasiti, beneque loti in Serangii balneo horam circa quintam in praedium suburbanum Ancyles, quod Chariclis adolescentis est, citato cursu properavimus. Et ipse quidem beneuole nos excepit, risum enim amat, nec parcit impensis; nos vero oblectationem et ipsi et conuiuis praebuimus eo, quod nobis alapas inuicem infligeremus, et anapaestos sonoros dicteriis vere vrbanis, et Atticismis, quas ipsae Gratiae dictassent, facetiisque plenos accineremus. Eo hilaritatis laetitiaeque processerat conuiuium, quum supervenire, nescio vnde Smicrines difficilis atque morosus, quem seruorum sequebatur multitudo, qui currendo in nos inueherentur. Smicrines ipse primum quidem baculo incuruo dorsum feriit Chariclis, et, maxilla percussa, vt infimum abduxit mancipium, nobis vero solo senis nutu manus retro post terga vinctae: deinde scutica setis suillis intertexta haud paucis nec facile numerandis verberibus caesos in vincula coniecit immitis senex. Et nisi familiaris noster, quique multum delectationis in conuiuio e nobis perceperat, lepidus Eudemus, vnus ex Areopagi primoribus, aperuisset nobis carcerem, fortasse adeo insultibus plebis fuissemus expositi. Adeo senex acerbus et amarulentus in nos incensus ira fuit, egitque omnia, vt tamquam homicidae sacrilegiue recta ad supplicium duceremur.

Ep. 44.

Gnathon Lichopinaci.

Nos, vti Megarenſes et Aeginenſes, nullo numero ſumus, probatur cum maxime Gryllion ſolus et dominatur in vrbe, quaelibet ei, vt Crateti Thebano Cynico patet domus. Theſſalam credo anum vel Acarnanidem veneficam adſciuit, quibus auxiliantibus miſeros faſcinet adoleſcentulos. Quid enim arguti habet, quid elegantiae et ſuauitatis in conuerſando? Sed fortaſſe placidioribus eum oculis Gratiae adſpexerunt, ita vt manus in iſto (quod aiunt) abſtergant, nobiscum vero agatur egregie, ſi pulpas ex pane tamquam canibus nobis aliquis obiiciat. Forſan tamen non malis artibus vtitur, ſed fortunam habet fauentem, quae in omnibus regnat rebus humanis. Nihil enim in hominibus valet prudentia, omnia contra fortuna, quae ſi contigit, is iucundus et eſt et habetur.

Ep. 45.

Trapezolichon Pſichodialectae.

Dolui, mi bone Pſichion, triſti, qui faciei tuae accidit, caſu audito. Quod ſi enim ita acta res eſt, vti narrauit nobis reuerſa ex conuiuio Lerione, (illam dico Phyllidis pſaltriae ancillulam) bellum ſubiiſti et excidium graue ſine machinis et tormentis. Audio enim, cinaedum illum et effeminatum phialam tibi impegiſſe ita fortiter, vt fragmenta naſum tibi dextramque maxillam deformauerint, ſanguinisque prouocatum eſſe tantum, quantum aquae ex Geranienſibus petris deſtillat. Quis ferat amplius perditos eiusmodi homines, ſi tanti illis paſtum vendentibus, nos victum redimere vitae periculo debeamus, mortemque ex

fame euitare conati, saturitatem non sine discrimine sectemur?

Ep. 46.

Stemphylochaeron Trapezocharonti.

Quanta mihi fortuna felicitasque contigit! Qui ita, fortasse interrogabis, mi Trapezochaeron. Narrabo, priusquam interroges. Celebrabat, vti nosti, vrbs nostra Cureotin, ego vero coenae adhibitus ad delectandos conuiuas, cordacem saltaui. Conuiuae bibebant certatim, donec contentione in infinitum procedente, ebrietas occupauit epulas, omnesque, ne seruis quidem exceptis, nutare capitibus, tandemque in soporem dari coeperunt. Ego vero circumspexi quidem, si qua possem argentea vasa surripere: quae quum sobriis adhuc conuiuis e conspectu essent remota, et in tuto collocata, mappa sub alam accepta exsilui ita celeriter, vt in fuga calceorum alterum amitterem. Vide mihi, quam egregia ex linteo Aegyptio et Hermionitica purpura, subtilissima et quantiuis pretii textura sit. Quam si secure vendidero, saginabo te adductum mecum ad cauponem Pataecionem. Quum enim ebriorum contumelias saepe vna experti simus, aequum est, te, calamitatum socium, genialis etiam diei in communionem venire.

Ep. 47.

Horologius Lachanothaumaso.

Mercuri lucrifer, et malorum auerrunce, Hercules! seruatus sum, nec porro aliquid mihi accidat aduersi. Gutturnium vt surripueram argenteum Phaniae illius diuitis, in pedes me conieci, erat enim intempesta et media nox, et properaui, vt essem in tuto.

Repente vero canes domestici circumfusi alius aliunde saeui grauiterque latrantes adorti sunt, Molossi et Gnosii, quos nihil impediebat, quo minus me, tamquam qui Dianam offendissem, medium discerperent ita, vt ne extremae quidem partes in posterum diem relinquerentur, si qui vellent misericordia ducti terrae me mandare. Quum igitur inueniissem fossam, non alte quidem illam, sed paullulum tamen depressam, hanc subii pro latebris. Etiamnunc contremisco palpitoque, dum haec narro. Lucifero autem orto, hos quidem non amplius latrantes animaduerti, (erant enim omnes nunc catenis adligati) ipse vero in Piraeum cucurri, vbi, quum in Siculam nauem, quae in eo erat, vt retinacula solueret, incidissem, nauclero gutturnium vendidi. Pretio igitur accepto nummorum cumulum prae me video, recensque ditatus redii, et ad tantam excitatum me sentio spem, vt adsentatores ipse alere constituerim, et parasitos adsciscere, non parasitum agere amplius. Quod si vero etiam eueniat, vt ita acquisitam pecuniam absumam, ad priorem vitae rationem denuo me conuertam, canis enim qui corium rodere semel didicit, haud facile moris obliuiscetur sui.

Ep. 48.

Phloeoglyptes Mappaphasio.

Malus male pereat, mutusque fiat Licymnius, histrio tragicus, qui quum sonantiore saltem et clariore voce vicisset artis aemulos Critiam Cleonaeum et Hippasum Ambracioten in Aeschyli Propompis, efferre se coepit, et hedera redimitus conuiuium instituit. Cui quum et ego adscitus essem, hem, quanta mala perpessus sum! Partim enim pice oblitum caput, muriaque oculi consperfi, partim loco placentae, aliis scriblitas edentibus

et bellaria e sesamo, mihi melle imbuti lapides rodendi fuerunt. Omnium vero impudentissima e Ceramico meretricula, inquilina illa Pheneatica Hyacinthis, vesicam sanguine impletam capiti illisit meo, qua, praeterquam quod sonitum ederet magnum, multo etiam sanguine perfusus sum. Et conuiuantibus quidem effusi non tam risus, quam cachinni occasio data est; ego vero mercedem iis, quae passus essem, congruentem non abstuli, omnisque contumeliarum compensatio haec erat, vt, quantum capere venter posset, ederem, praetereaque nihil. Nouum igitur vitae annum ne videat, immo pereat Diis inimicus Licymnius, quem insuauis vocis caussa Orthocorydon et ego et grex omnis theatralis adpellare decreuimus. Vale.

Ep. 49.

Capnosphrantes Aristomacho.

O Daemon, cui sorte obtigi, quam malignus es et molestus, qui perpetua me teneas paupertate constrictum. Nisi enim ad coenam aliquam inuiter, olus silueſtre necesse est et ostreas edere, vel herbas colligere, potuque ex Enneacruno hausto ventrem explere. Accedit, quod, quoad contumelias corpus tolerare posset, aptaque ad ferendas molestias aetate, iuuenili vigore neruosum esset, tolerabilis contumelia videretur. Iam vero, vbi semicanus sum, et quod vitae reliquum est, ad senectutem spectat, quae medela malis inuenienda sit? Halartio fune opus habeo, ex quo ante Dipylum me suspendam, nisi melius mihi consulat fortuna. Quod si vero etiam eodem tramite pergat, fauces mihi non comprimam, nisi epulis antea lautis interfuerim. Propediem vero illustres illae et celebres nuptiae Charitus et Leocratis erunt post novilunium mensis Pyanepsionis, ad quas sine dubio, nisi

primo die, tamen ad repotia inuitatum iri me spero. Hilaritate opus habent nuptiae et parasitis: sine nobis enim festum non festum est, et porcorum, non hominum coetus.

Ep. 50.

Bucopnictes Antopictae.

Intolerabile visu est, quam inclementer Zeuxippe, immane illud scortum, adolescentulum habeat, in quam tamen non aurum tantum et argentum impendit, sed praedium adeo et agros. Illa vero amorem eius magis magisque incendit eo, quod Euboici iuuenis amorem simulat, vt huius bonis absumtis, alius praesto sit, in quem amorem conuertat. Ego vero discrucior animo, tantas videns diffluere diuitias, quas beati parentes Lysias et Phanostrata reliquerunt. Quidquid enim minutatim illi et per obolos collegerunt, effuse absumit vulgare et foediſſimum prostibulum. Ipsius adolescentis eo magis vicem doleo, quod, ex quo sui iuris factus est, admodum in nos benignum se praebuit. Video igitur et res nostras claudicare: in hanc enim si, quae iuuenis optimi sunt, transferuntur omnia, egregie scilicet, o Dii, egregie procedet sagina nostra. Est enim, vt nosti, simplex et apertus Philebus, aequus in nos parasitos, et moderatus, cantibus magis et iocis, quam contumeliis nostris delectari solitus.

Ep. 51.

Laemocyclo Pscicleolobe.

Ecce post Eurotam, et aquam Lernaeam et Pirenes fontes visos, Calirrhoes desiderio Corintho reditum Athenas accelero. Nihil ex istorum locorum deliciis

mihi placuit, et in eo proinde sum, vt hinc faceſſam, et domum properem. Haud commodi sunt hic terrarum homines, nec conuiuiis apti, vinoque non tam vtuntur, quam abutuntur. Quanto melius mihi groſſos et caricas manducare Atticas, quam vt propter horum aurum emacier. Quam multa enim noua excogitant, cogentes per vnctos vtres ſaltare, calidumue ardensque adeo vinum ſine admixta aqua adfundentes, deinde oſſa, pedes atque talos tamquam canibus proiicientes, et ferulas (in dorſis noſtris) frangentes, ſcuticisque et aliis loris per iocum caedentes. Mihi vero contingat, propugnatrix Minerua, vrbisque cuſtos, Athenis et viuere et mori. Melius enim ante Diomedis vel Hippadum portas ſupinum praetereuntium pedibus conculcari mortuum, tumuloque obrutum, quam Peloponneſi felicitatem tolerare.

Ep. 52.

Copadion Eueniſſo.

Nil curo, faciant quidquid velint, temerarii Gronthon et Sardanapalus. Vt enim in tam indecentis coepti communionem veniam, impetrare a me non poſſum, etiamſi ex Dodonaea quercu oraculum mihi tamquam vtile iſtud ſuadeat. Raro ſeruis bonus, fidelis, ſanusque animus a natura contingit. Omnino igitur abstinendum. Tentant vero patris familias pellicem corrumpere, cuius facinoris iam initium fecere. Nec contenti Veneris ad ſatietatem vsque vſu illicito, ſupellectilia etiam ſingula pedetentim quaſi praedam conuaſant et exportant. Fortaſſe aliquamdiu celabitur factum, profecto autem vel loquax vicinus, vel ſuſurrator ſeruus palam enuntiabit: nec aliter fieri poteſt, niſi vt poſt ignem et ferrum et varii generis tormenta cicuta tandem et barathrum iis obtingat.

Sine verecundia enim audax inceptum prosequentes, aequalem facinori poenam expendent.

Ep. 53.

Acratolymas Chonicrato.

Heri Carione ad puteum occupato intuli me in culinam, vbi quum patinam inuenissem exquisitis condimentis refertam, gallum gallinacaeum assum, ollamque membradibus plenam et apuis Megaricis, surripui, et exsiliens, quo me conferrem, vt commode nec socio adsumto vescerer, mecum deliberaui. Alius quia non suppetebat locus, cucurri in Poecilen, (etenim ne vnus quidem nugacium illorum philosophorum infestabat) ibique laboris fructum percepi. Suspiciens autem e patina, video accedentem ab tabula lusoria adolescentulum quemdam, quem timens cibos quidem post tergum reieci, meque ipsum in terram prostraui furtum occultaturus, precatus simul Deos auerruncos, vt praeterire istam iubeant tempestatem, promissis thuris micis, quas domi ex sacrificiis collectas seruo, quamquam satis carios. Res cessit feliciter, Dii enim aliam in viam illum conuerterunt. Ego vero raptim, quidquid in vasis esset, quum deglutiissem, amico cauponi furti reliquiis, patina ollulaque dono datis abii, benignitatis et liberalis animi hoc dono (a caupone) laudem adeptus.

Ep. 54.

Chytrolictes Patellocharonti.

Quid fles? fortasse ex me quaeres, aut vnde cranium fractum habeam, aut quomodo variam hanc in partes discissam vestem geram? Victor ex alea discessi, quod nollem factum. Quid enim necesse erat infirmiorem

cum robuſtis me componere iuuenibus? Quum nempe, quae expoſitae eſſent, ſortes omnes collegiſſem, ita vt colluſoribus plane nihil numulorum reliquiſſem, impetum in me fecerunt omnes: alii pugnis caedere, alii impugnare lapidibus, alii veſtem discindere. Ego vero obſtinate tenebam numos, moriturus prius, quum committerem illis vel minimam pecuniae partem. Et aliquamdiu obſtiti ſtrenue, ictus plagasque toleraui, digitorum retorſiones ſuſtinui, Spartanumque omnino me praeſtiti ad Orthiae (Dianae) altare caeſum. At non Lacedaemon erat, vbi haec mihi ferenda eſſent, ſed Athenae, et ab aleatorum, quotquot Athenis ſunt, nequiſſimis. Tandem igitur deliquium animi paſſus ceſſi ſceleratis, qui ſinum adeo perſcrutati inuenta ibi abstulerunt, ego vero melius eſſe putaui viuere ſine pecuniis, quam cum pecuniis mori.

Ep. 55.

Autocletus Hetoemariſto.

Parum aut nihil differunt ab plebeiis grauiores illi vultu, nil, niſi quod probum et honeſtum, crepantes, iſtos dico, qui lucri cauſſa adoleſcentium gratiam captant. Quale enim, quale conuiuium tibi periit, quo Scamonides filiae diem natalem celebrabat. Quum enim haud paucos nuper eorum, qui Athenis et diuitiis et generis nobilitate praecellunt, inuitaſſet, philoſophis etiam exornare epulum decreuit. Aderat igitur in his Euthycles Stoicus, ſenex ille, barbam promittere ſolitus, ſordidatus, capite ſqualido, decrepitus, cuius frons crumena rugoſior eſt. Aderat vero etiam Themiſtagoras Peripateticus, vir haud iniucundus adſpectu, criſpa barba decoratus. Aderat porro Epicureus Zenocrates, cincinnis multa cum cura criſpatis, denſa et ipſe barba venerabilis. Celeberrimus

autem (hoc enim nomine omnes compellabant) Archibius Pythagoraeus, cuius faciei multus insidebat pallor, caesarie a capite ad pectus vsque demissa, acutam longamque barbam gerens, naso adunco, labiis compressis, eo ipso, quod nimis contracta atque clausa essent, silentium (Pythagoricum) prae se ferens adparuit. Repente vero et Pancrates Cynicus, non sine impetu plures proturbans sese intulit, stipite innixus iligno: nodorum enim loco densorum aeneis clauis confixum baculum gestabat, peramque inanem, ad ciborum reliquias ex zona bene adstricta suspensam. Et ceteri quidem conuiuae ab initio vsque ad finem aequalem eumdemque semper epularum ordinem seruarunt: philosophi autem, procedente conuiuio, et amicitiae poculo in orbem crebro eunte, alius aliud mirum patrabant. Euthycles enim Stoicus prae senectute, et quod largius iusto sese inuitauerat, porrectim iacens stertebat. Pythagoraeus autem, silentio misso, aurea carmina ad musicam quamdam harmoniam coepit cantillare. Egregius deinde Themistagoras, fecicitatem quippe ex Peripateticae disciplinae placitis non in animo tantum et corpore, sed rebus etiam externis ponens, plura subinde bellaria popposcit, et variationem opsoniorum dapsilem. Zenocrates porro Epicureus psaltriae collo brachia iniiciens, mollibus, lasciue paetis paullulumque conniventibus oculis eam adspiciens, hoc, hoc esse dixit carnis quietem, et condensationem voluptatis. Cynicus denique primum vrinam mittebat pro Cynica indifferentia, laxato et demisso, vt terram verreret, pallio; deinde Dorida cantatricem tam impudens erat, vt palam omnibus inspicientibus iniret, principium generationis naturam esse adfirmans. Tam parum nos parasiti curamur: oblectans enim spectaculum praebuit delectorum ad istud conuiuium nullus, quamquam Phoebiades citharoedus et mimi ridicularii

Sannyrio et Philiſtiades non deerant. Cuncta vero incaſſum, nec digna ſpectatu, nil enim niſi Sophiſtarum nugae probabantur.

Ep. 56.

Thymbrophagus Cypelliſtae.

Effers te, quam ab cauſſam non exputo, et iactans te haud ſecus incedis, vti in prouerbio eſt, ac Pythocles, et tamen aufers prandiorum portiones. Sportulas igitur quotidie onerare multis ciborum reliquiis (quemadmodum nuper Harpades Grammaticus faciebat, Homeri, vti dicebat, verſiculo addito, qui egregie ipſi ad ciborum rapinas accommodari poſſe videretur: *Potare ac veſci, poſt haec auferre ſimul quid;*) deſine, mittasque inſolentiam, miſerrime, vel neceſſe habebimus nudum te foras momento temporis eiicere.

Ep. 57.

Oenolalus Potenophlyaro.

Vino magis quam par eſt ſaucius ridendum expoſui iuuenem Zopyrum regem (nutritorem.) Ex illo enim tempore, fortaſſe aliorum criminatione aures feriri ſibi paſſus, ad dandum minus fuit liberalis, et maligniori vtitur menſura. Qui enim antea diebus feſtis vel tunicam, vel pallium, vel chlamydem mittere conſueuiſſet, nuper Saturnalibus inſtantibus Iphicratidas (calceos) recens conſutos miſit a Dromone ſuo perferendos. Iſte vero ipſe propterea fremebat, mercedemque miniſterii poſtulabat: ego vero mordeor, procacem linguam rodo, nimisque fero, quid peccauerim, ſentio. Vbi enim flumen orationis iudicio non cohibitum fertur, ibi linguam peccare neceſſe eſt. Vale.

Ep. 58.

Alocyminus Philogarelco.

Nihil te curo, etsi miniteris, te susurraturum de me, consuasque criminationes illiberales. Simplex enim est et generosus Maliensis ille miles, qui nos pascit. Vti nunc est, tantum abest, vt suspicios us sit in hetaeris, vt potius, quum lingua volubilis esse coepisset in conviuio, multa maledicta congeret in eos, qui zelotypia abripi se patiantur. Dicebat nempe, legitime nuptas quidem decere rei familiaris curam et vitam castam, amicas vero omnibus prostare, et cuilibet copiam sui facere debere. Vti enim balneis et supellectilibus vtamur communibus, etiamsi vnius esse videantur, ita etiam feminis, qui huic vitae se dederint. Quamquam vero criminationem tuam frustra fore persuasum habeo, tremo tamen labrum mordens, vt qui taciturnum heroem praetereunt, ne quid detrimenti capiam. Non enim ex Atticis illis turgidis est adolescentibus, sed vir bellicosus et Martius, apud quem nihil valent adulatio et criminantium mores. Qui vero obtrectationibus aurem non praebet, eum obtrectatores odisse necesse est.

Ep. 59.

Limenterus Amaseto.

Ad aliquem ex iis, qui tabulas ad Bacchi aedes proponunt, et somnia interpretandi artem profitentur, in eo sum vt proficiscar, duabus istis drachmis, quas me scis in manibus habere, solutis, quod mihi per somnos adparuit visum narraturus. Non abs re tamen fuerit et tecum communicare nouum hoc omnemque fidem excedens ostentum. Videbar mihi per somnum formosus esse adolescens, nec e triuio aliquis, sed

Ilienſis ille maxime amabilis et pulcerrimus Trois filius Ganymedes, pedum porro habere et fiſtulam, tiara Phrygia caput redimire, paſtoremque agere in Ida. Subito in me aduolauit curuis vnguibus armata et magna aquila, acri adſpectu, et aduncо roſtro, quae me leuatum vnguibus ex petra, cui inſidebam, ſublimem ſuſtulit in aerem, regionibusque caeleſtibus feſtinanter admouit. At vero, quum iam portis, quibus Horae praeſunt, proxime abeſſem, fulmine ictus decidi, nec auem illam amplius a caelo deuolantem magnamque aquilam, ſed vulturem foede olentem, me vero hunc ipſum, qui ſum, Limenterum, omni veſtimenti genere nudatum, tamquam ad lauacrum vel palaeſtram compoſitum animaduerti. Conturbatus igitur, vt facile credes, tali lapſu expergiſcebar, et ad mirum hoc viſum etiamnunc trepido, et quid portendat inſomnium, ab iis diſcendum eſt, qui in eiusmodi rebus occupantur, an forte quis certo ſcire, et, ſi ſciat, vere enuntiare poſſit.

Ep. 60.

Chaſcobuces Hypnotrapezo.

Non amplius adii Corinthum, cognoui enim breui ſordes huius vrbis diuitum pauperumque miſeriam. Vt enim e balneo redierat populus, meridie lepidos vidi et facetos adoleſcentulos, non circa domos, ſed circa Craneum verſantes, foraque, vbi panariae et pomariae maxime res agunt ſuas. Ibi igitur ſolum proni ſpectantes, hic lupinorum cortices remouebat, ille nucum putamina ſtudioſe excutiebat, vt ne puſilla quidem nuclei pars reſidua lateret, alius malorum granatorum ſiliquas, quas nos Athenis σίδια adpellare ſolemus, ſcalpere vnguibus, ſi quid granorum poſſet deprehendere, alius adeo panum fruſtula a multis iam

conculcata colligentes auide deuorabant. Tale est Peloponnesi vestibulum, et bimaris illa vrbs, elegans quidem adspectu et deliciis abundans, ciues tamen habet iniucundos et inuenustos, etiamsi Venerem ferant Cythera relicta, arcem Corinthi praetulisse: nisi tamen muliercularum caussa Venus vrbi praeses esse voluerit, viris autem Fames constitutus sit.

Ep. 61.

Hydrosphrantes Meridae.

Quanta, o Hercules, opera adhibenda fuit, vt sapone et nitro Chalastrensi heri in me infuse iuris reliquias viscosas eluerem. Nec tam momordit me contumelia ipsa, quam quod praeter fas toleranda fuit. Ego enim Anthemionis filius, ditissimi Athenienssium et Axiotheae, quae genus a Megacle ducit: is contra, qui hunc nobis iniuriam intulit, patris ignobilis, matris vero barbarae, Scythicae puto vel Colchicae in nouilunio emtae, vti quidam noti mihi narrarunt. Et ego quidem humili cultu, paternis opibus amissis, praeclare de me agi puto, si ventri, quantum satis est, procurare possim: Dosiades autem, o Dii! Pnyca conscendit concionaturus, et iudicibus in Heliaea adnumeratur, habenasque tenet eius populi, qui in vincula olim dabat Miltiadem, cuius Marathone tropaeum exstat populi, qui Aristidem illum Iustum vrbe eliminaret. Vt cetera mittam, cruciat me vel maxime nominis amissio: quem enim parentes Polybii nomen habere voluerunt, hunc Fortuna, mutato nomine, vt ab artis consortibus Hydrosphrantem adpellari se pateretur, coegit.

Ep. 62.

Chidrolepiſus Capyroſphrantae.

Audi cauſſam, quaeſo, ob quam me perſtringebant hucusque mulieres, poſtremo vero vetula illa ancilla conuitiata eſt mihi, male pereas, inquiens, qui importunus es, et garrulus. Myſterium inter eas agitatur illis Dearum Eleuſiniarum occultius, voluntque nos celare, qui bene nouimus, vel, quamquam audiuerimus, nondum credere ſibi perſuadent. Ego vero compertum habeo facinus, et propediem hero indicabo: non enim deterior eſſe velim canibus, qui latratu dominos tuentur. Adulter domum obſidet ex Elide adoleſcens, vnus ex Olympiae faſcinatoribus, a quo literae amatoriae complicatae commeant quotidie ad vxorem patroni noſtri, et corollae ſemimarcidae et poma admorſa. Impuriſſimae vero illae ancillae conſciae ſunt, maxime vero capularis anus, quam Empuſam, quotquot in familia ſunt, omnes adpellare ſolent, quoniam omnia et facit et patitur. Ego vero nullo modo ſilere poſſum, qui non paraſitum me, ſed amicum probare cupio, et ceteroquin vlciſcendi illas cupidine ſitio. Certiſſime enim ſcio, ſi facinus innotuerit, ancillas in robur datum iri, adulterum raphano obturatis natibus periturum, ſceleſtam vero vetulam poenas impudentia dignas daturam, niſi Poliagro gibboſior ſit in talibus Lyſicles: ille enim vxoris adulteros pecunia ſe redimere paſſus, impunes dimiſit.

Ep. 63.

Philomagirus Pinacoſpongo.

Qualia moliuntur et animis voluunt Diis infeſtae meretrices! ſuppetias ferunt herae, horum omnium ignaro Phaedria. Menſe quinto poſt nuptias peperit

ipsi muliercula infantem masculum, quem cum fasciis collaria quaedam et notas addentes, tradiderunt Asphalioni operario exponendum in vertice Parnetis. Et tum quidem occultare facinus necesse putauimus, et etiamnunc nunc tacuerim, sed irae nutrimentum est silentium. Quod si vero vel minimum offenderint, adulatorem et parasitum ignominiose adpellantes, aliasque, quas solent, inferentes iniurias, rem omnem narrabo Phaedriae.

Ep. 64.

Turdosynagus Ephallocytrae.

Ita demens prisque moris tenax fuit Criton, vt filium philosophi scholas frequentare iusserit, austerum quippe et tristem senem ex Poecila prae ceteris philosophis idoneum filio ducem fore arbitratus, vt ab ipso verborum subtilitates edoctus contentiosus euaderet, et ambiguus in dicendo. Filius autem exactissime refert magistrum: etenim non tam vt placita perciperet, operam dedit, quam vt vitam atque disciplinam exprimeret. Quum enim magistrum vidisset interdiu grauem et tetricum, et iuuenes increpantem, noctu vero caput palliolo velantem, circa lupanaria reptare, aemulatus est egregie, ac quintum iam diem in amorem Acalanthidis e Ceramico meretriculae prolapsus ardet. Haec vero bene erga me adfecta est, et amare profitetur, adolescenti autem obnititur, quem sola cupidine vri intelligit, nec sui ait prius copiam facturam, quam ego permiserim, memet enim huius rei arbitrum esse voluit. Multa vero bona concedas, Venus vulgiuaga! carissimae mulierculae, quae amicum magis quam amicam se praebuit. Ex illo enim tempore gratiam plures ambiunt splendidis munusculis meam, quae si procedente tempore largius adfluant,

nihil me impediet, quo minus, illo iuuene bene dotatam interea vxorem ducente, ego coniugis iustae titulo Acalanthidem (a lenone) redemtam domum deducam. Quae enim vitae (vitalis) caussa exstitit, eam fas est vitae istius sociam adsciscere.

Ep. 65.

Misogriphus Rigomacho.

Magno nostro commodo ex Istria nauis ad litora nostra adpulit, Athenasque aduexit egregium illum mercatorem, prae quo diuites Athenis munificique adeo sordidi et illiberales adparent, ita effuse ad largitiones crumena vtitur. Etenim non vnum solum ex vrbe parasitum, sed omnes quotquot sumus, nec nos tantum, sed meretricularum etiam sumtuosiores, citharistrias porro formosissimas, et scenicos omnino omnes arcessiuit, ita tamen, vt non paternas opes, sed quae legitime sibi acquirit, profundat, fidibus tibiisque circumsonari amet, commorationem in vrbe nostra Gratiis et Venere plenam faciat sibi, iniuriam vero nemini. Est praeterea facie insigni, et in vultu eius Horas ipsas tripudiare et labiis Suadam insidere dixeris. In iocando facetus, in loquendo facundus. *Os etenim dulci perfudit nectare Musa.* Ita enim mentem exponere ex more eorum, qui in bonis literis instituuntur, lubet mihi, qui et ipse Athenis oriundus sum, vbi nemo est, qui eiusmodi delicias (poeticas) non degustauerit.

Ep. 66.

Gamochaeron Phlagodaetae.

Vidistin' quomodo me tractauerit exsecrandus iste tonsor ad viam habitans, iste inquam garrulus et

loquax, qui Abrotesii specula venalia habet, qui mansuetos et cicures facit coruos, qui cultellis collisis modulate cymbalissat? Quum enim eum conueniissem, barbam ei radendam commissurus comiter quidem excepit, et in alto collocatum sedili nouo linteo circumdedit: deinde leniter admodum duxit per buccas nouaculam, densosque pilos deglabrauit. At in eo ipso vafer fuit et improbus: clam enim ex parte tantum haec fecit, nec per totam maxillam, ita vt alio loco densa, alio glabra relinqueretur. Ego vero vafritiem ignorans abii pro more non vocatus ad Pasionis aedes, conuiuae autem, me conspecto, emoriebantur ridendo, donec nescienti, quid riderent, vnus in medium progressus relictos pilos vellicauit. Hos igitur indignabundus adrepto cultro eradicaui, iam vero in eo sum, vt fustem praegrandem quaeram, quo caput scelerati percutiam. Quae enim, qui nos pascunt, per iocum faciunt, hic, qui non pascit, ausus est.

Ep. 67.

Dipsophapausilypus Placuntomyoni.

Neurida conspicatus canephoram virginem, pulcris vlnis decoram et digitis, acie oculorum coruscantem, proceram et viuidi coloris, cuius genae nitescunt, ita eius amore coepi flagrare, vt oblitus, qui essem, sauiaturus adcurrerem, deinde vero, quum ad me rediissem, sectari saltem vellem et pedum vestigia exosculari. Heu proteruiam! mene iam non adpetere lupinas, fabas vel pultem, sed prae saturitate lasciuire, vt amem, quae adipisci non possum. Lapidibus me obruite omnes in vnum collecti, priusquam desiderio conficiar, fiatque mihi tumulus amatorius lapidum in me collis congestus.

Ep. 68.

Hedydipnus Aristocoraci.

Dii beati! propitii benignique sitis. Quantum effugi periculum, quum omnibus diris deuouendi epulones ex lebete aquam feruentem in me vellent effundere. Cui rei quum e longinquo viderem paratos, saltu memet eripui, illi autem temere effuderunt, et calida aqua in Bathyllum, pocillatorem puerum defluens glabrum eum fecit: capitis enim cutis detracta et pustulae in ceruice efflorverunt. Quisnam vero Deorum praesidio fuit? num forte seruatores illi Dioscuri, qui, vti Simonidem, Leoprepis filium ex Cranonio conuiuio, ita et me ex ignitis eripuerunt fluentis?

Ep. 69.

Trichinosarax Glossotrapezo.

Enuntiaui Mnesilocho Paeanienſi vxoris suae impudicos mores. At ille, qui debuisset inquirere rem et perscrutari variis modis, iuriiurando, egregius scilicet homo, omnia maluit committere. Vxor autem ad Callichorum in Eleusine puteum deduxit, ibique iureiurando a crimine se purgauit. Maritus quodammodo credidit, et suspicionem exsuit, ego vero garrulam hanc linguam Tenedia testa praecidendam porrigam cuilibet.

Ep. 70.

Limustes Thrasocydoemo.

Aliqua mihi cum Corydone agricola consuetudo intercesserat, saepiusque in risum de me effusus erat, vrbanae, quae rarior esse solet in rusticanis, dicacitatis

intelligentior. Quo conſpecto, Mercuriale lucrum inueniſſe arbitratus ſum, ſi vita vrbana miſſa in agrum demigrarem, et cum homine eſſem amico, agricola tranquille rem ſuam agente, de quaeſtu ex iudiciis, iniuſtisque in foro litibus minime cogitante, ſed ex terra percipiendos exſpectante fructus. Sic igitur facere quum animo concepiſſem, familiaritatem contraxi cum Corydone, ad ruſticanos mores me compoſui, ſumtaque tunica pellicea et ligone verus adparui foſſor. Quae quamdiu ioci cauſſa faciebam, tolerabilis erat homo, nec parum lucratus mihi eſſe videbar, contumeliis quippe et alapis et inaequalitate diuitum in delectu ciborum liberatus; poſtquam vero ex quotidiana conſuetudine pro imperio laborem exigebat, et memet oporteret vel arare, vel loca lapidoſa expurgare, vel gyros fodere, ſcrobibusque plantas inſerere, non amplius toleranda haec vitae ratio viſa, ſtulti poenituit coepti, vrbemque deſideraui. Quo quum ſatis longo temporis interuallo rediiſſem, non aeque gratus acceptusque eſſe videbar, ſed montanus homo et aſper et abſonus, vt diuitum ianuae omnes omni tempore clauſae eſſent, fames vere ventrem pulſaret. Itaque vitae neceſſitatum inopia ductus praedonibus quibusdam Megaricis, qui circa Scironidas (petras) viatoribus inſidiantur, ſocium me dedi, vnde victum mihi ſine labore quidem, ſed per nefas paro. Hanc vitae rationem clam habiturus ſim, nec ne, equidem neſcio, timeo tamen vitae mutationem: eiusmodi enim viciſſitudines non ad ſalutem, ſed ad perniciem ſolent vergere.

Ep. 71.

Philoporus Pſichomacho.

Lexiphanes, poeta comicus, proteruiae me inter pocula ſocium quum vidiſſet, ſeorſim duxit, et primo

quidem monuit, ne eiusmodi rebus operam darem, quarum euentus contumelia sit; deinde explorato per aliquod tempus ingenio meo, in gregem Comicorum recepit, ex eo enim dixit victum me mihi parare posse. Iussit itaque Liberalibus instantibus serui habitu adsumto partes aliquas dramatis ediscere, atque agere in theatro. Et primo quidem nimis sero ad vitae genus, quod naturae meae aduersaretur, transire mihi, ideoque ineptus et indocilis videbar, sed quum aliter agere non liceret, fabulam memoriae mandaui, meditationem exercitatione firmaui, et sic in scenam cum grege prodire paratus sum. Tu vero nobis cum familiaribus excites velim plausus, vt si praeter opinionem aberrauerim, vrbici tamen adolescentes explodendi sibilandiue locum non inueniant, sed laudantium plausus cauillationum tumultum discutiat.

Ep. 72.

Oenochaeron Raphanochortaso.

Profecto, qui vel Hermas truncarunt, vel Eleusiniae Deae mysteria eulgarunt, non eumdem mortis angorem experti sunt, quem ego, qui proh Dii! in manus incidi sceleratissimae Phanomachae. Quae quum comperisset maritum Ionicae puellae adhaerere, quae pilas in altum proiicit, et faces circumuersat, me istius consuetudinis conciliatorem suspicata est, et per seruos abreptum statim quidem in robur coniecit, postero vero die ad patrem suum deduci iussit, tetricum illum Cleaenetum, synedrii nunc praesidem, et in quem Areopagitae omnes ora conuertunt. Sed, si quem Dii volunt seruare, ex ipso barathro eumdem retrahunt, vti me ipsum tricipitis illius canis, quem Tartareis inuigilare portis aiunt, eripuere faucibus. Vix enim caussam meam seruerus ille senex ad sena-

tum retulerat, quum febri correptus mane exspiraret. Atque ille quidem porrectim iacet, et ad efferendum se parat familia: ego vero, quantum pedibus valerem, aufugi, nec ab Atlantidis Maiae filio seruatum, sed pedibus et audacia effugiendi potestatem inuenisse sentio.

EPISTOLAE INEDITAE.

A.

Crates Mnaſo.

Noli negligere pulcerrimum ornatum, ſed ipſa te orna quotidie, vt aliis praeſtes. Pulcerrimus vero ornatus eſt, qui pulcerrime ornat: pulcerrime ornat, qui pulcerrimam ſiſtit, pulcerrimam autem ſiſtit verecundia, qua mihi videntur Penelope et Alceſtis ornatae fuiſſe ita, vt etiamnunc ob virtutem laudentur atque celebrentur. Vt igitur et tu harum aemula fias, easdem laudes velim ſecteris.

B.

Comarchides Euchaetae.

Sus, quam partui vicinam habuimus, nuper peperit, et porcellorum mihi amplus numerus eſt. Grunniunt quidem non admodum ſuauiter, ſed eſculenti ſunt. Duos igitur et tibi transmittere volui. Omnes ob exiguam hordeorum copiam alere non valeo, et qui abunde habent, cum amicis communicare ruſticanam decet aequitatem: alma enim Tellus ſimplicitatem morum mutuumque amorem nos ſuos alumnos docuit.

INDEX

RERVM ET VERBORVM.

A.

Ἀβούλητον, quod nolumus, non optamus. III, 37.

Ἄβρα, ἡ, famula. (Zofe) I, 34. v. not.

Ἁβρόβιος, delicatulus. I, 12. v. not.

Ἀβροτήσιον, locus Athenis. III, 66.

Ἀγαθὸς, honeſtus, honeſtis parentibus ortus. I, 6. — τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς ὑπισχνεῖσθαι, aureos montes promittere. II, 3. v. not. p. 312. — πολλὰ ἀγαθὰ γένοιτό σοι. I, 30. 36.

Ἄγαν. ἡ ἄγαν λιχνεία, nimia guloſitas. III, 22.

Ἀγαπᾶν. c. Partic. contentum eſſe. I, 5. 38. III, 61. ſequente εἰ. III, 44.

Ἀγαπητὸν, quod vix fieri poteſt. I, 23.

Ἀγαπητῶς, vix, aegre. I, 13. v. not.

Ἀγεννὴς, illiberalis. III, 58.

Ἀγερωχία, inſolentia, ſuperbia. I, 6. III, 27. 67.

Ἀγέρωχος, proteruus. III, 37.

Ἀγκάλαι, αἱ, amplexus. II, 3. p. 298.

Ἀγκύλη, pagus Atticus. III, 43. v. tamen not.

Ἀγκύλος τὴν γλῶσσαν, ancipiti lingua, bilinguis. III, 64.

Ἀγκυλοχείλης, aduncо roſtro. III, 59.

Ἄγνες, ἡ, locus Athenis. I, 39. v. not. it. III, 8.

Ἀγορανόμος, rerum venalium inſpector. (Aedilis) I, 9. v. not.

Ἀγορεύειν εἰς τοὺμφανές. III, 52. pro quo ἐξαγορεύειν III, 69.

Ἄγρα. ἡ, captura (de piſcibus) I, 12. 18. ἐρωτικὴ. Fr. 15.

Ἀγροικίζειν. ἀπὸ τῆς ἀγροικίας ἀγροικίζων. merum rus. (ein veritabler Bauer) III, 29. vbi tn. v. not. nam aliam lectionem in textum recepi.

Ἀγροικικὸς ἐπιείκεια. Ep. ined. B.

Ἀγρικῶς, more ruſtico. III, 70. vbi tamen Bergl. mavult ἀγροικῶς vel ἀγροικικῶς.

Ἀγών, ὁ. οὐ φιλεῖ προφάσεις. I, 39. — περὶ ψυχῆς. agon mortis. III, 72. — ἀγῶνα ἐπαναίρεσθαι, litem mouere. I, 30.

Ἀγωνιᾶν, anxium esse. II, 3. III, 59.

Ἀδδηφάγος, ἡ γαστήρ, venter voraciſſimus. III, 6. Ἀδηφαγεῖν (vno δ) est I, 21.

Ἀδελφός. Subintelligitur post Genitiuos. II, 2. p. 278. extr. cf. not. p. 296.

Ἀδημονεῖν, in re admodum tenui esse. I, 36.

Ἀδιάλυτοι ἐπιστολαί. II, 2. p. 276. v. not.

Ἀδιαφορία Κυνική. III, 55.

Ἀδικομαχεῖν. III, 29. vbi tm. Bergl. ſuadet δικομαχεῖν.

Ἀδόλεσχος καὶ λάλος. III, 66.

Ἀδρός. ἀδρὰ ἐπιγουνίς, ſolidum femur. III, 19. — ἀδραὶ κύλικες, grandiora pocula. III, 36.

Ἀδώνια, τά, feſtum. I, 37. v. not. it. I, 39.

Aegienſes, cum Megarenſibus inter Graecos vilipenſi. III, 44.

Aegyptus. Memorabilia: Pyramides, ſonantes ſtatuae (Memnonis), Labyrinthus. II, 4. — Aegyptia linteamina (in pretio) III. 46.

Ἀεργία παντελὴς ἦν, piſcari plane non poteramus. I, 1.

Aeſchylus. Eius tragoedia Προπομποί. III, 48.

Aexona, pagus Atticus. III, 8.

Ἀηδία, ἡ, inſuauitas. I, 34. 39.

Ἄθαρη, ἡ, puls. III, 67.

Ἄθεσμος τῶν ἀφροδισίων πλεσμονή, inceſtus Veneris vſus. III, 52.

Ἀθρόως, celeriter. III, 3. v. not. it. Ep. 50.

Ἄθυρμα, τό, oblectamentum. III, 22.

Αἰδώς, ἡ, verecundia. ἀποξέειν et ἀποξύειν. III, 2. 40. — pudenda. III, 42.

Αἰθρία. καθαρά. I, 10. τὸ καθαρὸν τῆς αἰθρίας. I, 1.

Αἰμυλία, ἡ, feſtiuitas. III, 43.

Αἰνίγματα καὶ λήροι, ſubtiles nugae. I, 34.

Αἰπόλιον, τό, grex caprarum. III, 12.

Αἴρεσθαι τρόπαιον. I, 5.

Αἱρεσις, ἡ, comitia populi II, 3.

Αἰωρεῖν τοὺς πλοκάμους, caeſariem in pectus demiſſam habere. III, 55.

Ἀκαδημία ἱερά. II, 3. p. 298.

Ἀκάθαρτος, homo impurus, ſceleſtus. I, 37.

Ἀκαλύφη, ἡ, vrtica, genus oſtrearum. I, 2. v. not.

Ἀκαρής. ἀκαρῆ μέλλων, qui in eo eſt, vt etc. III, 7. οὐδ' ἀκαρῆ, nec ad momentum temporis quidem. III, 25. ἐν ἀκαρεῖ χρόνου. III, 56. vbi v. not.

Acarnan. miles mercenarius. (ex Menandro) III, 16. v. not. — Acarnanides, veneficae. (ſi ſana eſt lectio) III, 44.

Ἄκατος, ἡ, nauicula. I, 12. III, 3.

'Ακεῖσθαι δίκτυον, reſarcire. I, 14.
'Ακεστὴς, ὁ, ſartor. III, 27.
'Ακήρατον νέκταρ. I, 38. χρῶμα. I, 39. ὕδωρ. Fr. 12.
'Ακκίζεσθαι, diſſimulare. (zurückhaltend ſeyn) χὠ ἐρώμενον ἑαυτὸν ποιεῖν. I, 37. v. not. — χὠ θρύπτεσθαι. III, 8. — tergiuerſari. I, 39.
'Ακολουθία, ἡ, tenor. III, 55.
"Ακουσμα βαρύτατον, grauis rumor. I, 11.
"Ακρα, τὰ, extremae corporis partes. II, 2. p. 278. et not. 285.
"Ακρατος χολὴ, mera bilis. Fragm. 20.
'Ακροθίνια, τὰ. Sic apud Berglerum III, 47. pro quo tamen idem coniecit ἀκρωτήρια.
'Ακρώμιδες, humerorum ſuperior pars. Fragm. 5. (Hanc formam Lex. Schneider. ignorat.)
'Ακρώρεια, ἡ, vertices montium. III, 13. 63.
'Ακρωτήριον, τὸ, promontorium. I, 10.
'Ακτίς. ἀκτῖνες ἡλιακαὶ, radii ſolis. I, 12. v. not.
'Ακύμων, tuto nauigans. II, 4. p. 329.
'Αλάστορες, αἱ, impurae, ſceleratae. III, 62.
'Αλέα, ἡ, aeſtus ſolis. I, 2. v. not.
'Αλείφειν. ἀληλιμμένος. III, 28.
'Αλεκτορὶς, ἡ, gallina. I, 27. it. Fragm. 8.
'Αλεξάνεμα ἐσθήματα, veſtes frigus defendentes. III, 41.
'Αλεξίκακοι θεοὶ καὶ σωτῆρες. III, 7. — cognomen Herculis. III, 47. v. not. et ἀποτρόπαιος.
'Αληθίζεσθαι, verum dicere, ſincerum, apertum eſſe. III, 39. 59.
'Αλιὰς, ἡ, cymba piſcatoria. I, 12. v. not.
'Αλινδεῖσθαι, verſari. III, 14. 31. v. εἰλινδεῖσθαι.
'Αλιτήριος, ſceleratus. III, 66.
'Αλκυονὶς ἡμέρα, Halcyonia, ſerena dies. I, 1.
'Αλλᾶς, ὁ, farcimen. III, 7.
'Αλλοῖος. ἀλλοιοτέρα, longe alia. II, 4. bis.
'Αλογεῖσθαι. ἠλογημένη. II, 1. v. not. p. 263. it.
"Αλογος πρᾶξις, ſtulte factum. III, 70. (ἄτοπος eod. ſenſu eſt III, 12.)
'Αλόγως, (οὐκ) non ſine cauſſa, recte. I, 35.
Alopece. (Harpocrat. Alopecae.) pagus Atticus. III, 37.
'Αλουργὸς πορφύρα. III, 46.
'Αλυκὰ σκώμματα. Olim inſederunt Bergl. textum, iam vero iubente Cod. repoſui ἀστικά. III, 43.
'Αλύσιον, catenula. III, 3.
'Αλῶα, τὰ, (et 'Αλῶα) feſtum Cereri dicatum. II, 3. p. 297. it. I, 33. 39. III, 39.
'Αλώπεκες, contemtim de hominibus luxuriae deditis. II, 1. v. not. p. 275.
"Αλως, ἡ, area. (Tenne) III, 26.

Ἀμαθία ἔμφυτος, insita ſtoliditas. I, 31.
Ἀμείβεσθαι, de terra fructum reddente. I, 25.
Ἀμειδής, triſtis, ſeuerus. III, 64. τὸ ἀμειδές, auſterum. III, 3.
Ἀμηγέπη, vtcumque, quodammodo. III, 69.
Ἄμης, ὁ, ſcriblita. III, 48.
Ἀμηχανία, conſilii inopia. I, 10.
Ἀμίκτως ἔχειν, rem (conſuetudinem) non habere. II, 1.
Ἀμιλλα. ἐξ ἀμίλλης, certatim. III, 35.
Ἀμὶς, ἡ, matula. III, 7.
Ἀμορφία, ἡ, deformitas. I, 33.
Ἄμπλακημα, τὸ, delictum. II, 4. p. 326. v. not. p. 354.
Ἀμφιβάλλει, dubium eſt. I, 37.
Ἀμφίβολος τὴν γνώμην. I, 8. — ἡ ἐν ἀμφιβόλῳ ζωή. III, 16.
Ἀμφιλαφῶς, abunde. III. 60.
Ἀμφιτιθέναι. III, 28.
Ἀναδιδόναι ψῆφον, ſuffragia dare. II, 3.
Ἀναζευγνυναι τοῦ συμποσίου, e conuiuio redire. III, 7.
Ἀναθέσθαι, deponere, communicare cum aliquo. III, 59.
Ἀναίνεσθαι, recuſare. III, 37.
Ἀναισθήτως ἔχειν, non ſentire. III, 33
Ἀνακλᾶν τὴν δέρην, ceruicem reflectere. I, 28.
